DE PLUTARCHO ET TACITO
INTER SE CONGRUENTIBUS

SCRIPSIT

CAROLUS ENARUS BORENIUS
MAGISTER PHILOSOPHIAE

PERMITTENTE AMPLISSIMO UNIVERSITATIS IN FINLANDIA
PHILOSOPHORUM ORDINE
P. P.
IN AUDITORIO HISTORICO-PHILOLOGICO DIE 29 MENSIS OCTOBRIS
H. A. M. S.

HELSINGFORSIAE 1902
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA CENTRALI

PRAEFATIO

Plutarchus, Autobuli filius, Chaeroneensis, vir librorum conficientissimus, cum et alia permulta et vitas Caesarum Graecis litteris illustravisset, solae ex his vetustatem pertulerunt Galbae Othonisque [1]), quae hodie cum vitis quae inscribuntur Parallelis solent emitti. Quibuscum mirifice congruere Cornelii Taciti Historiarum primum et secundum libros [2]) animadver-

[1]) In indice Lampriae enumerantur ***Αὐγούστου βίος, Τιβέριος, Κλαύδιος, Νέρωνος βίος, Γάϊος Καῖσαρ, Γάλβας καὶ Ὄθων, Βιτέλλιος.*** Galba et Otho quin ab ipso Plutarcho conscripti sint, non dubitari debet: cfr. Wiedemann p. 3 sqq., Hardy p. ix sq. Addo similiter a Plutarcho coniunctas esse vitas Agidis et Cleomenis, Ti. et C. Gracchorum. Ad vitam Neronis legentes Plutarchus delegat G. 2, ad vitam Vitellii O. 18. Tamen vitas Galbae et Othonis, id quod vel ex indice Lampriae intellegitur, artius inter se cohaesisse quam aut cum Nerone aut cum Vitellio Fabiam p. 6 fallit.

[2]) I—II 51. — Sunt etiam apud Plutarchum quae Annalium locis respondeant: cfr. XV 72 et P. G. 9, XIII 45 sq. et G. 19 sq. Ex his manifestum est Annalibus usum non esse Plutarchum; quod minus firmis argumentis probare studet Fabia p. 103 sqq. — Praeterea Plutarchus in libro de Iside et Osiride c. 28 et Tacitus in Hist. IV 83 sq. eundem auctorem secuti videntur, et quidem Manethonem; cfr. Krall, Tacitus und der Orient I, Vindobonae a. 1880; Fabia p. 245 sq.

sum illud quidem est iam inde a renatis litteris [1]), verum diligentius tamen, ut fit, ante nostram memoriam hanc in rem non est inquisitum. Cur tanto opere consentiant duo illi scriptores, quid sit, duabus rationibus explicari posse ex se intellegitur: aut Tacitum adhibuit Plutarchus aut communem fontem uterque; non est tertium. Et, ut missos faciam superiores [2]), posteaquam in Germania praeeunte Hermanno Petero anno 1865 [3]) huic rei navari coepta opera est, duae viros doctos distinent sententiae. Quarum alteram, quae Tacitum a Plutarcho numquam inspectum esse censet, plura eam quidem puncta tulisse non est negandum. Velut Mommsen, Peterum secutus, anno 1870 in commentario luculento [4]) Cluvium Rufum, ut a Plutarcho, sic a Tacito unum expressum docuit; nec dissensit Nissen [5]), nisi quod Plinium communem illum auctorem nominavit; vel Ranke Plutarchum quicquam

---

[1]) Cfr. Xylandri adn. post Galbam et Othonem; Iustus Lipsius ad Tac. Hist. II 39 et II 77.

[2]) Xylandro et Lipsio Plutarchus »Tacitum amavisse« videtur; item Heerenio, Gottingae a. 1820. Negant Hirzel, progr. Stuttgartiae a. 1851; Wiedemann, De Tacito, Suetonio, Plutarcho, Cassio Dione e. q. s., diss. Berolini a. 1857; Schmidt, progr. Ienae a. 1860. — Guilielmus Lagus, cum Helsingforsiae a. 1846—1848 de non nullis Plutarchi fontibus Romanis praeclare egisset, Plutarchum Taciti studiosum, quantum scio, non attigit.

[3]) Die Quellen Plutarchs in den Biographieen der Römer, Halis Saxonum a. 1865; hunc librum per notam »Peter« significo.

[4]) Cornelius Tacitus und Cluvius Rufus, Hermes, a. 1870, p. 295 sqq. (»Mommsen«).

[5]) Die Historien des Plinius, Mus. Rhen., a. 1871, p. 497 sqq. (»Nissen«).

a Tacito sumpsisse infitiatus est [1]). In eandem sententiam cum proximis triginta annis haud parum multi scripsissent [2]), Philippus Fabia Francogallus anno 1893 magna cura magnoque acumine disseruit [3]). Post quem qui prodierunt [4]), eorum Edmundus Groag dignissimus est qui laudetur; qui a superioribus in eo descivit, quod repudiata quae dicitur lege Nissenia, quam »das Einquellenprinzip» Germani vocant, et plures fontes a Tacito aditos statuit et ex iis unum a Plutarcho; hunc Fabium Rusticum fuisse suspicatur.

---

[1]) L. v. Ranke, Weltgeschichte, III_3 2, Lipsiae a. 1883, p. 280 sqq. Cfr. Fabia p. 1 adn. 1, p. 2 adn. 1, Groag p. 733 sq. — Cautius Gutschmid l. infra l. p. 20 sq.

[2]) Cfr. Dieckmann, Num de ratione, quae inter Tacitum et Plinii Historias intercedat, recte Nissenius iudicaverit, quaeritur e. q. s., diss. Rostochii a. 1876 (?); Beckurts, Zur Quellenkritik des Tacitus, Sueton und Cassius Dio, diss. Ienae a. 1880 (?); Puhl, De Othone et Vitellio imperatoribus quaestiones, diss. Halis Saxonum a. 1883; Kuntze, Beiträge zur Geschichte des Otho-Vitellius-Krieges, Progr. Caroliruhae a. 1885; Appelqvist, De praecipuis rerum Gai, Claudii, Neronis scriptoribus, diss. Helsingforsiae a. 1889, p. 49; Hardy, Plutarch's Lives of Galba and Otho, with introduction and explanatory notes, Londinii a. 1890; Bellezza, Dei fonti letterari di C.C. Tacito nelle Storie e negli Annali, Rendic. d. R. Istit. Lomb. a. 1891.

[3]) Les sources de Tacite dans les Histoires et les Annales, Parisiis a. 1893 (»Fabia»).

[4]) Baier, Tacitus und Plutarch, progr. Francofurti ad Moenum a. 1893; Wachsmuth, Einl. in das Studium der alten Geschichte, Lipsiae a. 1895, p. 679 sq., Gercke, Seneca-Studien, Annal. Philol. suppl., a. 1896, p. 159 sqq.; Groag, Zur Kritik von Tacitus' Quellen in den Historien, Annal. Philol. suppl., a. 1897, p. 711 sqq.; Muenzer, Die Entstehung der Historien des Tacitus, Beiträge zur alten Geschichte, Lipsiae a. 1901, p. 300 sqq.; Andresen (cfr. infra).

Haud aliter Peter ipse, anno 1897 ad hanc cognitionem reversus [1]), cum de nomine auctoris communis Nissenio concederet, unum tamen illum a Tacito adhibitum noluit.

Neque defuerunt alterius sententiae patroni, quibus Tacitus Plutarchi auctor fuisse videretur. Primus quidem Octavius Clason cum anno 1870 Petero hac in re oblocutus esset [2]), Nipperdey anno 1874 in praefatione ad Annales Mommsenio Nissenioque se opposuit [3]). Plenissime vero a Iosepho Lezio Dorpati anno 1884 haec defensa ratio est [4]). Ab his cum iam diu staret auctoritas Woelfflini, proxime copiosius paulo de Tacito a Plutarcho descripto disputavit [5]).

---

1) Peter, Die geschichtliche Litteratur über die römische Kaiserzeit e. q. s., Lipsiae a. 1897, II p. 274 sq. (»Peter G. L.»).

2) Plutarch und Tacitus, Berolini a. 1870 (»Clason»); Tacitus und Sueton, Vratislaviae a. 1870.

3) Cfr. Lange, De Tacito Plutarchi auctore, diss. Halis Saxonum a. 1880; Krauss, De vitarum imperatoris Othonis fide quaestiones, progr. Biponti a. 1880; Gerstenecker, Der Krieg des Otho und Vitellius in Italien im J. 69, progr. Monachii a. 1882.

4) Lezius, De Plutarchi in Galba et Othone fontibus, diss. Dorpati Livonorum a. 1884. — In eadem causa sunt Cornelius (cfr. infra p. 60 adn. 1); Klebs, Entlehnungen aus Velleius, Philol., a. 1890, p. 305 sqq.

5) E. v. Woelfflin, Zur Composition der Historien des Tacitus, Sitzungsberichte der philos.-philol. und der histor. Classe der kgl. bayer. Akademie der Wissenschaften, Monachii a. 1901 (»Woelfflin Comp.»); huius libri censuram fecit Andresen in Wochenschrift für klassische Philologie, a. 1901, p. 431 sqq.); Plinius und Cluvius Rufus, Arch. Lat. Lex., a. 1901, p. 345 sqq. (»Woelfflin Plin.»). Eiusdem sententiae sunt Halm, Mueller, Heraeus, Meiser, Wolff, Taciti editores; O. Hirschfeld (cfr. Woelfflin Plin. p. 350); Hofstee, C. Suetonii Tranquilli vitae Galbae, Othonis, Vitellii, diss. Groningae a. 1898, p. VII; Schwabe apud Wissowam IV p. 1579.

Quam quaestionem aggressi, quae totiens tractata esset neque eo magis de ea conveniret inter homines de litteris antiquis longe optime meritos, quanta in obscuritate rerum versaremur quamquam non eram nescius, nullo tamen pacto defetigari oportere censui, antequam, quo progredi fas esset, usque eo perveniretur. Enimvero ex his tam praeclaris reliquiis historiae Latinae, quae cum primo post Christum natum saeculo laeta effloruisset, temporum invidia misere dilacerata est atque discerpta, quantulumcumque erui potest, eruendum est. Necdum de Plutarcho cum Tacito concinente liquere et amplius quaerendum esse gravissimi iudices nuper pronuntiaverunt [1]). Ac facere non potui, quin quaerenti mihi ea sententia probaretur, quam plerique iam pridem explosam atque eiectam esse arbitrantur. Quam ob rem quoniam contraria huic ratio saepe fusius explicata est, haec autem causa pleniore argumentatione hos duodecim annos caruit, quotquot apud Plutarchum locos Tacito concinentes reperias, omnes comparare et retractare institui.

Quid igitur hac de re ipse sentiam, complectar brevi, disseram pluribus. Plutarchus et Tacitum et communem auctorem adhibuit, et quidem in G. 1—21 (id est usque ad kalendas Ianuarias anni 69) maxime communem, in G. 22—O. 18 potissimum Tacitum. Sed sicut in G. 1—21 quaedam ex Historiis videntur irrepsisse, ita in G. 22—O. 18 non nulla e communi fonte inserta sunt.

---

[1]) Cfr. Gaston Boissier, Journal des savants, a. 1895, p. 413; Peter G. L. II p. 274. Quamquam Leo, Tacitus, Gottingae a. 1896, Norden, Die antike Kunstprosa, Lipsiae a. 1898, alii a fonte communi ut a certissimo initio proficiscuntur.

Exposita igitur sententia mea, qua ratione quibusque argumentis confirmetur, deinceps demonstrandum est. Ac temporum quidem rationibus, uter prior scripserit, vix reperietur [1]). Quamquam iis, qui hac de re anquisierunt, neglectus est locus quidam in vit. Demosth. c. 2 [2]), unde cognoscitur longius aetate provectum Latine didicisse Plutarchum. Quo fit ut, qui circiter annum 47 natus esset, ante annum 97 fere Galbam et Othonem componere nequierit [3]). Harum etiam vitarum duo loci documento sunt post Domitiani mortem esse scriptas. Verginium enim Rufum laudibus effert Plutarchus G. 10; an hoc ante Nervam principem licuit? [4]) Neque, quod O. 16 v. 12—15 de Salvio Cocceiano exstat, sub Domitiano, interfectore

---

1) Cfr. Mommsen p. 295 sqq., Fabia p. 3 sqq., Woelfflin Comp. p. 52.

2) Ἡμεῖς . . . ὀψέ ποτε καὶ πόρρω τῆς ἡλικίας ἠρξάμεθα Ῥωμαϊκοῖς γράμμασιν ἐντυγχάνειν. Cfr. H. Haupt, Philol. Rundschau, a. 1881, p. 955; Wachsmuth p. 217 sq.

3) Non bene Christ, Gesch. d. gr. Litt.$_3$ p. 651 adn. 5, Mommsenium secutus, Plutarchum vitas Galbae et Othonis admodum adulescentem (»als junger Mann») scripsisse contendit.

4) Miror Mommsenium p. 297 adn. 2 dixisse: »Galba c. 10, wo der Schluss ganz so klingt, wie wenn von einem hochbejahrten Lebenden gesprochen werde». Nam Domitiano regnante Plutarchus Verginii virtutem non audebat laudare, securitatem non poterat (cfr. Plin. Epp. II 1, 3 (Verginius) *Caesares quibus suspectus atque etiam invisus virtutibus fuerat evasit*). Sed persimilia de mortuo dicit Plinius l. l.: cfr. § 4 *excessit in altissima tranquillitate* cum γῆρας εἰρήνης καὶ ἡσυχίας μεστόν; § 3 *reservatus* cum ὑπεκτιθεμένῳ; hanc ut Plinii epistulam Plutarcho notam fuisse suspicer. Anno 97 obisse Verginium satis constat; cfr. Fabia, Revue de philologie, a. 1893, p. 164 sqq., Asbach, Röm. Kaisert. u. Verf., p. 191.

eius, scriptum est [1]. Primam autem triadem Historiarum sub annum 105 editam esse et Woelfflin [2] demonstrat neque Fabia abnuit; vitas Parallelas omnes circa annum 115 compositas cogitat Christ [3]. Itaque vitae Galbae et Othonis, si maxime ante Parallelas exaratae sint, tamen post Taciti Historias oriri potuerunt. Quodsi modo per temporum ordinem Plutarcho licebat Tacitum adhibere, id non fecisse eum plane a vero abhorret. Nam et orationis genere Tacitum Plutarcho placere par erat; constat enim, ut quisque esset dicendi artifex, ita potissimum in historia ducem esse delectum [4];

---

[1] Quod apud Tacitum Otho moriens fratris filio dicit (*neu patruum sibi Othonem fuisse aut oblivisceretur umquam aut nimium meminisset* II 48) est vaticinium quod vocatur ex eventu: cfr. Suet. Dom. 10 *interemit . . . Salvium Cocceianum, quod Othonis imperatoris patrui sui diem natalem celebraverat.* Verba Taciti a Plutarcho fideliter expressa, id quod ab aequalibus facile intellegebatur, ad necis causam spectabant. Cave putes Othonem ipsum haec locutum magis quam, ut exemplum adferam, clausulam eius orationis, quae in Agr. 30 sqq. exposita est, ipsum Calgacum conformasse. Merito hoc Nissenio p. 544 sq. scrupulum iniecit; at Groag p. 761 adn. 2 (cfr. Fabia p. 191 adn. 1 et p. 207 sq.) aliud Othonem dicere vix potuisse asseverat.

[2] Cfr. Woelfflin, Hermes, a. 1886, p. 157 sqq., Comp. p. 52, Plin. p. 349 sq.; Fabia p. 5 adn. 5.

[3] L. l. p. 652: »wahrscheinlich... dass er sämtliche Lebensbeschreibungen um dieselbe Zeit, und zwar alle unter Trajan (das Leben des Sulla ist nach c. 21 geschrieben i. J. 115) geschrieben hat«.

[4] Cfr. A. v. Gutschmid in oratione aditiali (Kleine Schriften I p. 16): »Sonst hat meistens der Stil auch über die Würdigung eines Werks als Geschichtsquelle entschieden: namentlich bei solchen Schriftstellern, die noch andere als rein historiographische Zwecke verfolgen, wird man beim Aufsuchen ihrer Quellen gute Stilisten immer in erster Linie ins Auge zu fassen haben«. Non recte Fabia p. 128 adn. 2, Revue de philologie, a. 1895, p. 10.

et earundem partium studio scriptor Romanus Graeco commendabatur [1]).

Certum est igitur et Galbam Othonemque non ante annum 97 fere foras datos esse et, si fontem communem sequitur Plutarchus, ne hunc quidem ante excessum Domitiani potuisse edi. Post annum 105, sub quem annum emissi videntur Historiarum libri I—III, scripsisse Plutarchum indiget id quidem approbationis. Notent tamen fontis communis defensores eum auctorem, quem a Tacito exscriptum putant, quinquennio ferme maiorem fuisse quam hunc. Sed firmiora nobis e comparatis scriptoribus quaerenda sunt testimonia.

Ac si Historias Plutarcho ignotas fuisse constituas, sequitur necessario fuisse Tacitum cum rebus tum verbis totum fere alienum. De rerum quidem cognitione, quae prima ab historico postulatur, Mommsen, Nissen, tota illa familia sic iudicaverunt, Tacitum non suum iudicium in rebus inveniendis et eligendis adhibuisse, sed quem maxime probaret priorum scriptorum, eo uno duce usum esse [2]), nedum ipse acta senatus

---

[1]) Cfr. Peter G. L. II p. 76: »Ob er [Plutarch] mit den beiden hellsten Leuchten des Senats, Tacitus und Plinius, selbst in Verbindung getreten ist, wird nicht überliefert, wenn es auch sehr wahrscheinlich ist; das aber dürfen wir von vornherein mit Bestimmtheit vermuten, dass er, der seiner Biographie des jüngeren Cato den Panegyricus des stoischen Märtyrers Thrasea Pätus zu Grund gelegt hat, sich die Quellen zu seiner Kaisergeschichte unter den Gesinnungsgenossen jener Männer gesucht hat». Ruehl, Mus. Rhen., a. 1901, p. 512: »Erwägt man den Umgangskreis der beiden Männer, so kann man nicht zweifeln, dass Tacitus und Plutarch sich persönlich gekannt haben». Minus bene Groag p. 737.

[2]) Cfr. Fabia p. 259 sq.: »la part des sources secondaires est minime». — »Nous ne trouvons dans le premier livre qu'une

adierit. Quod quam nullo modo recipi possit, in dies apud plures in confessum venit; ut sperare mihi videar, legi illi Nisseniae, quae dici vix potest quanto opere obfuerit intellectui antiquae historiae, licet etiam Fabia eius se vinculis passus sit constringi, mox neminem esse obtemperaturum [1]). Quae quasi lex repugnat cum verbis Taciti, qui saepe nec sine delectatione quadam complures auctores adhibuisse se adfirmat [2]), tum testimonio C. Plinii, cuius ex litteris intellegitur illum acta publica diligenter attendisse [3]), tum denique

---

seule trace de source secondaire: la digression sur l'administration de l'Égypte depuis Auguste (chap. 11). — Le deuxième livre nous en fournit également une seule: la digression sur les progrès de l'ambition à Rome (chap. 38). L'une et l'autre sont empruntées, non à une source secondaire précise, mais aux connaissances générales de Tacite sur l'histoire romaine».

[1]) Cfr. Gutschmid l. l. p. 8 sqq., Peter G. L. II p. 264 sq., Boissier, Journal des savants, a. 1895, p. 407 sqq., Revue des deux mondes, a. 1901, tom. IV p. 251 sqq.; Woelfflin Comp. p. 50 sqq., Plin. p. 351 sqq., Arch. XII p. 344. Muenzer p. 321 adn. 1: »Unter deutschen Historikern dürfte schwerlich einer zu finden sein, der heute noch von der Arbeitsweise antiker Geschichtschreiber solche Ansichten hegte, wie sie Wölfflin bekämpfen zu müssen glaubt«; praemature ille quidem, sed accipio omen.

[2]) Cfr. Fabia p. 113 sq.

[3]) Ep. VII 33, 3 *quamquam diligentiam tuam fugere non possit, cum sit in publicis actis.* Hoc Plinii testimonium ad primos Historiarum libros referri nulla idonea causa vetat Fabia p. 118 et 262; cfr. Boissier, Journal des savants, a. 1895, p. 409. Neque erat cur Mommsenio p. 317 sq., quantum superesset Historiarum πάρεργον quoddam videretur; cfr. Nipperdey in praef. ad Ann.$_9$ p. 29 adn. 1; Boissier, Revue des deux mondes, a. 1901, tom. VI p. 487: »Il n'y a rien, dans Tacite, qui soit plus dramatique, plus saisissant«; Norden I p. 328 adn. 1. — De eruptione Vesuvinorum ignium quanta cura quaesierit Tacitus, notissimum est.

totius rationi operis Tacitei [1]). Nec vero ulla probabilis allata causa est, quare in hoc genere antiquitas a nostra aetate tam penitus diversa fuisse videretur [2]); sed per quandam petitionem principii, ut nunc loquuntur dialectici, saepe pro argumento fuit id ipsum, quod prius demonstrari debuit, Plutarchum et Tacitum e communi auctore pendere. Quid, quod e veteribus cum unus de arte historiae scribendae commentarius exstat, Luciani, minime ille quidem istam rationem tuetur? [3]) Sed citius quam universa antiqua tempora putes a nostris dissedisse, concesseris sicut nunc fere, ita tum quoque inter singulos scriptores interfuisse

---

[1]) Acta senatus in suum usum convertisse Tacitum Groag p. 711 sqq. valde plausibiliter concludit. — Non inopia fontium Tacitum in rebus Galbae et Othonis ad unum auctorem redactum esse satis ostendit Ios. Bell. Iud. IV 9, 2 *πολλοῖς Ἑλλήνων τε καὶ Ῥωμαίων ἀναγέγραπται*; quamquam retrectat Fabia p. 212 sq.

[2]) Quod voluit Fabia p. 116; cfr. Boissier, Journal des savants, a. 1895, p. 404 sqq.; Revue des deux mondes, a. 1901, tom. IV p. 241 sqq. — De verbis Plinii V 8, 12 *parata inquisitio, sed onerosa collatio*, quae Fabia in ore habet, cfr. Boissier JS p. 408, Groag p. 765 adn. 3.

[3]) Qua ratione et via optimus quisque veterum historicorum processerit, praeclare perspicitur e loco non satis animadverso: Quo modo historia sit conscribenda, 47 *Τὰ δὲ πράγματα αὐτὰ οὐχ ὡς ἔτυχε συνακτέον, ἀλλὰ φιλοπόνως καὶ ταλαιπώρως πολλάκις περὶ τῶν αὐτῶν ἀνακρίναντα, καὶ μάλιστα μὲν παρόντα καὶ ἐφορῶντα, εἰ δὲ μή, τοῖς ἀδεκαστότερον ἐξηγουμένοις προσέχοντα καὶ οὓς εἰκάσειεν ἄν τις ἥκιστα πρὸς χάριν ἢ ἀπέχθειαν ἀφαιρησειν ἢ προσθήσειν τοῖς γεγονόσι. Κἀνταῦθα ἤδη καὶ στοχαστικός τις καὶ συνθετικὸς τοῦ πιθανωτέρου ἔστω.* 48 *Καὶ ἐπειδὰν ἀθροίσῃ ἅπαντα ἢ τὰ πλεῖστα, πρῶτα μὲν ὑπόμνημά τι συνυφαινέτω αὐτῶν καὶ σῶμα ποιείτω ἀκαλλὲς ἔτι καὶ ἀδιάρθρωτον· εἶτα ἐπιθεὶς τὴν τάξιν ἐπαγέτω τὸ κάλλος καὶ χρωννύτω τῇ λέξει καὶ σχηματιζέτω καὶ ῥυθμιζέτω.* Nisseniam legem apparet incognitam fuisse Luciano.

aliosque aliis fuisse diligentiores et circumspectioris iudicii. Proinde quod Livium rhetoricum in immensa operis magnitudine annales superiorum interdum pressius aequo secutum esse constat, ne continuo idem ad Tacitum transferatur [1]. Quid multa? Locus tantum attingendus fuit, quia istius modi opinionum commenta, quamvis claris auctoribus ad tempus subnixa, dies ipsa nulla nostra opera profecto delebit. Integros accedere fontes, ut Lucretii verbis utar, et oportuit et iuvit Tacitum; hinc quaecumque seiuncta erit, funditus reici debet opinio.

Inter duas autem illas sententias quaedam interiecta est media ratio, quam amplexatus est recentissimus quisque: fontem communem, praeter quem nullum ferme Plutarchus inspexerit, non unum a Tacito esse adhibitum, sed pariter cum aliis. Groagium [2] nova haec sententia auctorem habet, astipulatorem Schanzium [3]. Verum aliquanto maior est Plutarchi cum Tacito convenientia et coniunctio, quam ut stare queat illorum opinio. De hac re universa disputari non posse, ad singulos locos revocandam esse apparet. Iam in locis, qui ut ita dicam suam prae se ferunt necessitudinem, hanc plerumque esse pernegantem reperiemus Groagium; cumque obvia sit scriptorum similitudo neque ulla minima repugnantia, ut alios fontes subesse obtineat, cogitur idem ille nihilo minus dis-

---

[1] Cfr. Dieckmann p. 9, Groag p. 765 adn. 3, Schanz, Gesch. d. röm. Litt. II 2_2 p. 237. Minus recte Fabia p. 10 et 116 sq.

[2] Cfr. p. 765, 735, alibi. Non dissimiliter iam Dieckmann (p. 9: »fuit secundarius Tacito fons, quem praecipuum Plutarchus habuerat»), cui rescripsit Lange p. 13.

[3] L. l. p. 240.

crepantias quasdam expiscari, nodum, ut aiunt, in scirpo quaerentem. Scilicet aliquid semper varietatis inter narrationes indidem ortas necesse est intercedere, plus minusve, pro eo, ut est captus scriptorum et diligentia; hoc vero Groag prorsus neglegit. Quodsi omnino Tacito usus non est Plutarchus, quamvis speciosa sit Groagii ratio, vereor ne multo rectius iudicaverint superiores, cum unum auctorem a Tacito exscriptum esse dicerent.

Nec vero rerum modo quasi silvam, sed formam ipsam operis dicendique genus pernecesse est alii scriptori debeat Tacitus, si omnia Plutarchi e communi fonte fluxerunt. De hoc loco paulo fusius dicendum videtur, quod in tanta penuria earum rerum, unde certi aliquid de fontibus Plutarchi et Taciti discatur, haec haud scio an uberrima sit argumentorum sedes et tutissima, quae est in magnis verborum similitudinibus [1]). Quam in disputationem antequam ingrediar, haud alienum fuerit praefari non me ab admiratione Taciti proficisci quasi quendam famae eius defensorem; quo in genere fateor peccavisse non nullos, quibus dum praestringit aciem mentis magni nominis splendor, ipsi nostrae causae offecerunt. Immo debet esse amicus Plato, sed magis amica veritas. Verum tamen, priusquam Tacitum concludas non tantum eadem dicere atque auctorem eius, sed eodem modo etiam dicere, utique quaerendum est, quam prope superiorum ad similitudinem accedere licuerit primi saeculi annalium scriptoribus. Quod cohaeret cum alio

---

[1]) Ad Taciti de re publica sententias quo minus hanc cognitionem referas, deterret exemplum Nissenii; cfr. Gutschmid p. 23 adn. 1.

loco, magno sane atque arduo, quem a nullo adhuc video pervestigatum, quatenus omnino historicos iisdem verbis uti necesse sit, cum easdem res describunt. Neque dubito, si hac a parte Clius cultores examinaremus, quin et multa necopinata introspecturi simus et huic tanto Taciti Plutarchique consensui luminis aliquid allaturi. Sed quoniam universa haec quaestio nondum est attacta, interim nobis iis est acquiescendum, quae de antiquorum rerum scriptorum consuetudine perquam pauca accepimus [1]).

Qua de re hodie percrebruit ea opinio, latissime patuisse apud rerum Romanarum auctores imitationem; quod tamen non tam video argumentis demonstrari quam asseveratione adfirmari. Non enim, si poësis vel statuaria ars magnam partem tunc versabantur in priorum operibus effingendis, sequitur ilico eandem fuisse rationem historiae [2]). Alio potius tendunt ipsorum testimonia veterum; si quidem audiendus est Titus Livius, cuius hac de re iudicium forte fortuna nobis conservatum est. Qui, ut Seneca pater auctor est [3]), Sallustium in eo vehementer reprehen-

---

[1]) Cfr. Eusebius, Praep. Ev. X 2—3; Gutschmid p. 10 sqq.; Peter G. L. II p. 260 sqq.

[2]) Quamquam non desunt qui adfirment: »Like all ancient art . . . history-writing was the affair of a school, and Tacitus was but a brilliant member of a school» (Academy XLIV p. 389).

[3]) Controv. IX 1, 13 sq. ARELLIUS FUSCUS *do, inquit, operam, ut cum optimis sententiis certem, nec illas corripere conor, sed vincere. Tunc deinde rettulit aliquam Thucydidis sententiam:* δειναὶ γὰρ αἱ εὐπραξίαι συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ ἑκάστων ἁμαρτήματα, *deinde Sallustianam:* res secundae mire sunt vitiis obtentui. *Cum sit praecipua in Thucydide virtus brevitas, hac eum Sallustius vicit et in suis illum castris cecidit . . . T. autem Livius tam iniquus*

dit, quod quandam Thucydidis sententiam ad verbum transtulisset. Ex quo colligere licet furem tunc inter historicos saltem non melius audisse quam hodie [1]). Iam Hermannus Peter in libro, quem de Caesarianorum temporum historia inscripsit, vel mediocres rerum auctores operam dedisse docet, ut cum materiam omnem aliunde mutuati essent, novo tamen orationis vestitu eam amicirent [2]). Adde quod sine dubio multa circa res easdem variare potuerunt, qui adulescentes stili variandi exercitiis tantum temporis tribuerant [3]). Age vero Tacitum cum ex litteris Plinii Secundi [4]) tum

---

Sallustio fuit, ut hanc ipsam sententiam et tamquam translatam et tamquam corruptam dum transfertur obiceret Sallustio. Nec hoc amore Thucydidis facit, ut illum praeferat, sed laudat quem non timet et facilius putat posse a se Sallustium vinci, si ante a Thucydide vincatur. Sententia Sallustii exstat in Hist. I fr. 49,24 Kr.; cum graeca illa cfr. Demosth. in epist. Phil. 13, Olynth. II 20. — De Livio ipso cfr. Peter G. L. II p. 263: »so hat Livius dem Polybios die pointierten Wendungen und Bilder gelassen».

[1]) Cfr. Gutschmid p. 11: »weil eine wörtliche Wiedergabe damals für gerade so unpassend galt, wie heutzutage». Sane prisci illi, qui de urbe condita scriptitarunt, verba superiorum repetere non dubitabant; ex quo non magis efficitur optimos primi saeculi historicos inter se compilasse quam ex consuetudine mediae aetatis chronographorum quicquam de nostrorum temporum auctoribus concludere licet. Neque ceterorum, quos Peter G. L. II p. 260 sqq. enumerat, eadem ac Taciti ratio est; cfr. p. 263: »grössere Abschnitte sind im ganzen wörtlich ohne jede eigene geistige Thätigkeit erst in den Breviarien und sonst vom vierten Jahrhundert an abgeschrieben worden»; Gutschmid p. 12.

[2]) G. L. II p. 263 sq.

[3]) Cfr. Quintil. X 5,4 sqq.; Peter G. L. I p. 16, II p. 190.

[4]) VII 20,1 *Librum tuum legi et quam diligentissime potui adnotavi, quae commutanda, quae eximenda arbitrarer*; cfr. VIII 7.

maxime ex exquisitissimo et perpolitissimo ipsius scribendi genere manifestum est summa diligentia verba expendisse et unamquamque vocem tamquam ad obrussam exegisse [1]). Ego ut numquam dicam rerum indagatorem fuisse ad nostrorum temporum normam perfectum atque absolutum, ita haudquaquam negari posse reor in homine fuisse singularem vim ingenii; quod et undique e libris eius elucet et, licet nullo tempore defuerint obtrectatores [2]), inter omnes semper aequos aestimatores constitit. Quin non ita multo ante vir nudae rerum cognitioni vel unice deditus, Hippolytus Taine, cuius approbationem haud sane dixeris oratoriis illecebris eblanditam nec inveterata opinione praeoccupatam, »si munus», inquit, »historiae est, ut praeterita ab inferis excitentur, Tacitus invenit parem neminem» [3]). An auctor tanta praeditus virtute ad aliena verba arte se astringere potuit?

Quantus est tandem ille inter Plutarchum et Tacitum verborum consensus? An eatenus solum concinunt, quoad iisdem vocibus opus est ad easdem res enuntiandas? Minime vero. Suis enim quisque rerum scriptor rationibus ducitur, sua consilia persequitur,

---

[1]) Laudat ipse *meditationem et laborem* cum multis locis tum Ann. IV 61. — Cfr. Norden I p. 93: »die ausserordentliche Sorgfalt, mit der die Historiker des Altertums ihren Stoff stilistisch gestalteten».

[2]) Si quis Tacitum criminando novitatem adfectat, quam sit ista secta vetusta, docebit G. I. Vossius, De Historicis Latinis, Lib. I, Cap. XXX.

[3]) Essai sur Tite Live, p. 348: »Si le but de l'histoire est de ressusciter le passé, nul historien n'égale Tacite».

alii aliis rebus delectantur, ita ut uno alterove loco dumtaxat necesse sit narrationes diversas eodem confluere. Plutarchus autem et Tacitus multo maximam partem iisdem propemodum verbis utuntur; congruunt in enuntiatis struendis, in membris dispertiendis; qua quisque re adductus quidpiam fecerit, convenienter explicant, idque saepe dupliciter aut multipliciter; iam utrobique mores hominum itidem depinguntur, fabellae eaedem interponuntur, similia iudicia inseruntur [1]), geminae digressiones instituuntur [2]); porro pariter excurrunt in describendis proeliis, aequaliter alias res in lucem evocant, alias deprimendo obscurant. Atque etiam flosculi, imagines, lumina verborum, sententiarum conformationes nimium quantum inter se consonant. Quod sicubi forte minus congruunt, quoniam ex eo perspicitur facile evitari potuisse magnas illas similitudines, eo magis qui per longe maiores operis partes pertinet concentus insignitur [3]).

Quid vero de eo dicam, quod necessarium est similiorem etiam auctori communi fuisse Tacitum quam

---

1) Hanc difficultatem nimirum sic expedit Fabia p. 128: »Tacite n'avait pas l'esprit de contradiction».

2) P. G. 27 v. 32—34 (de centum viginti libellis); O. 9 v. 14 sqq. (cupierintne exercitus arma deponere). Quantum eaedem digressiones ad probandum valeant, docet Gutschmid l. l. p. 5.

3) Cfr. Boissier, Journal des savants, a. 1895, p. 410 sqq. Secus Schanz p. 240: »Man darf jedoch nicht übersehen, dass solche Einzelheiten nicht den Gesamtcharakter des Stiles bedingen ... Der Stil des Tacitus hat ein so individuelles Gepräge, dass es nichts ausmacht, wenn hier und da fremdes Gut verwertet wird». Neque Fabia sibi consentaneus est cum dicit: »Le style, voilà le mérite éminent et la véritable originalité de Tacite».

Plutarcho? [1]) Nimirum Plutarchus quaedam fontis communis immutavit neque plane totidem verbis eum expressit [2]). Ita fit ut, si fons communis ipse exstaret, Tacitus prorsus tamquam alter idem compareret, quo nihil posset fieri similius.

Tantam igitur similitudinem, quanta Plutarcho est cum Tacito, vel rarissime in veteribus rerum scriptoribus reperiri notandum est. Velut in libris ab excessu divi Augusti Tacitus multo longius distat et a Suetonio et a Cassio Dione quam in Historiis a Plutarcho; quod, mirum dictu, plerosque fugit, qui in his quaestionibus versati sunt. Suetonium vero de vita Caesarum exponentem, ubicumque easdem res attingit quas Tacitus et Plutarchus, illi aliquanto dissimiliorem esse quam hunc, quam id vim habeat, quis non intellegit? Ex quo fit ut Tacitus, si nihil ei debet Plutarchus, minus suo ipsius dicendi genere quam Sue-

[1]) Cfr. Fabia p. 125: »Si, au lieu de la copie grecque de Plutarque, nous avions le texte latin de la source commune, il est sûr que le nombre de ces ressemblances littérales ou à peu près augmenterait considérablement»; Mommsen p. 315 sq.

[2]) Cfr. Peter p. 10 de ea ratione, quae inter vitam Coriolani et fontem eius intercedit: »In den Worten stimmt Plutarch nie in irgend auffallender Weise mit Dionys überein». — Gutschmid p. 10: »Ich glaube, man darf es als einen allgemein gültigen Kanon hinstellen, dass die Annahme, der Wortlaut einer ersten Quelle habe sich durch eine oder mehrere abgeleitete Quellen hindurch erhalten, immer etwas sehr Bedenkliches hat, und dass da, wo solche Fälle vorliegen, eine gesunde Kritik von der Annahme auszugehen haben wird, dass das Verwandtschaftsverhältniss der Quellen ein engeres ist». — Quamquam Plutarcho, Graeco interpreti, propius ad similitudinem auctoris accedere licuisse vix est quod moneam: cfr. Nipperdey praef.$_9$ p. 29 adn. 1 extr.

tonius videatur usus. Quamquam ne hoc quidem animadversum est [1]; immo Groag [2] a Suetonio Tacitum adhibitum esse concedit, non a Plutarcho; quare ad hanc rem in conferendis scriptoribus animum attendam. At enim Suetonius alia via rationeque procedit atque illi. Quasi vero Taciti ratio non aeque ac Suetonii diversa fuerit a Plutarchi!

Illud quoque commemorandum est, Plutarchi similitudines magis quam aliorum Tacito nocere, propterea quod in eodem plane loquendi sunt complexu. Atqui Sallustius, ut paulo ante dixi, quod sententiolam quandam in contione Lepidi posuisset a veteribus Graecis in longe diversarum rerum conexu usurpatam, aspere vituperatus est a Livio. Quanto igitur invidiosius fuisset Tacito suum illud *cum timeret Otho timebatur* [3] iisdem verbis ex eodem loco a priore aliquo nobili historico transtulisse! Nam quod haud dissonae apud Ciceronem, Sallustium, Thucydidem, alios inveniuntur locutiones, id non ostendit Tacitum, etiamsi quam modo attuli sententiam ab eo sumpsit Plutarchus, hic aliena dicere. Haec res alia tota est. Tum denique indignum videbitur, tum furtum vocandum erit, si in eiusdem narrationis contextu eadem deprehendetur sententia.

Hoc, qui de Tacito imitatore [4] scripserunt, non omnes videntur satis consideravisse. Neque enim de

---

[1]) Hoc unus Krauss p. 18 attendit. Suetonius auctorem communem sequitur, non Tacitum; cfr. infra p. XXVIII adn. 1.

[2]) Cfr. p. 766 sqq., ubi multa exstant, quae verius de Plutarchi et Taciti similitudine dicuntur.

[3]) Cfr. infra ad P. O. 3.

[4]) Et quidem imitatore Sallustii, Thucydidis, Vergilii, Senecae, Livii, Demosthenis (cfr. Fabia p. 268 adn. 1, Kornitzer, Wiener

industria Tacitum quicquam a superioribus transtulisse cogitandum est. Sed cum recepto more a pueritia magnorum ingeniorum monumenta ad verbum edidicisset, fieri non potuit, ut non aliquotiens in imitationem vel repetitionem incideret imprudens [1]).

Neque illud Fabiae [2]) opinionem quicquam adiuvat, quod persaepe easdem a Tacito argutius, ineptius a Plutarcho dictas reperimus sententias. Etenim si quis Tacitum non arbitratur nisi auctoris communis facetias perpolisse sive ut ita dicam exacuisse, novum quoddam et de historicis inauditum scribendi genus inducit. Nec ad propriam elocutionem efficiendam ullo pacto satis est alienis leporibus salis aliquantulum aspersisse [3]). An ut Arellius Fuscus rhetor, sic Taci-

---

Studien, a. 1897, p. 159 sq.), Lucani (cfr. Iustus Lipsius ad Hist. I 3 extr.), Ciceronis (cfr. p. 73), aliorum. Scias illum non de unius racemis vindemiam sibi fecisse. — Ciceroni multa similia sunt apud Tacitum, neque tantum in Dialogo: velut adnotavi Hist. I 2 *quibus deerat inimicus, per amicos oppressi*, Cic. Fam. IV 12,2 *cui inimici propter dignitatem pepercerant, inventus est amicus, qui ei mortem offerret*; — Hist. IV 50 *egregio mendacio,* pro Lig. 16 *honesto et misericordi mendacio.*

[1]) Perbene Haase in praef. ad Tac. p. LXIII sq.; Woelfflin, Die Nachahmung in der lateinischen Prosa, Arch. XII p. 114. — Klebs p. 307 quod cum Tacito I 74 *neuter falso* (cfr. ad P. O. 4 v. 12 sqq.) comparat Vell. II 33,2 *magnis certatum inter imperatores iurgiis, cum Pompeius Lucullo infamiam pecuniae, Lucullus Pompeio interminatam cupiditatem obiceret imperii neuterque ab eo quo arguebatur mentitus argui posset,* hoc non Velleio ipsi, levi auctori et Caesaribus dedito, Tacitum subtraxisse dixerim, sed aut nullam esse cognationem aut utrumque id fonti Vellei debere. Cfr. Norden I p. 338 adn. 2.

[2]) Cfr. p. 306 sqq.

[3]) Cfr. Boissier, Journal des savants, a. 1895, p. 412 sq. (»si c'est tout, il faut avouer que ce n'est guère»). Quanto sint potiores vulgaribus rhetorum artificiis, quae tunc vigebant, senten-

tus rerum scriptor nihil aliud egit nisi ut *cum optimis sententiis certaret et eas vinceret*? Quid, quod haud dubie etiam fontis communis oratio a Plutarcho infracta ac debilitata est, non salvo colore reddita et expressa? Ita ne hoc quidem certum est, scitius Tacitum quam auctorem amissum eadem dixisse. Ex quo fit ut, cum primum aspicientibus nitidior in Historiis sententia ut archetypum, frigidior apud Plutarchum ut imitatio occurrat, recte iudicasse videamur [1]). Plutarchus denique mucronem Tacitei stili rettudit, non contra.

Hic praetereundum ne id quidem est, orationes, quas rebus interposuerunt Tacitus et Plutarchus, si non ad verbum, at magis quam cum Dionis inter se concinere. Iam enim inde a Thucydidis temporibus veteres rerum scriptores, ut suam eloquentiam ostentarent neve unus operis color infuscaretur, non ea reddiderunt, quae re vera dicta erant, sed ea, quae ipsis dicenda fuisse videbantur [2]). Quae consuetudo ne a recentiore quidem memoria aliena fuit [3]). Itaque Tacitus non solum barbaris hortationes ad rhetorum praecepta limatas adfingit, sed ne principum quidem et

tiae Taciti, cum neque Mommsen p. 316 neque Fabia p. 126 sq. ex merito aestimassent, idem ille egregie exponit in Revue des deux mondes, a. 1901, tom. III p. 295.

[1]) Cfr. Woelfflin Comp. p. 17: »Ohne Zweifel ist der spitzere Ausdruck Original, der plattere Copie«.

[2]) Cfr. Thuc. I 22; Lucianus, Quo modo historia e. q. s., 58; Nipperdey ad Ann. VI 6, Opuscula p. 415 sqq.; Peter G. L. II p. 296 sqq. (de Tacito p. 300 sq., de Plutarcho p. 303 sq.); Norden I p. 86 sqq.; Boissier, Revue des deux mondes, a. 1901, tom. IV p. 264 sqq.; Soltau, Neue Jahrb., a. 1902, I p. 20 sqq.

[3]) Quam quidem Voltaire impugnavit; cfr. Dictionnaire philosophique, Histoire (Doit-on dans l'histoire insérer des harangues?).

senatorum orationes, quae ipsae exstabant, invertere supersedet; quod vel maxime patet ex iis, quae dicentem Claudium inducit Ann. XI 24, cum inscriptione illa Lugdunensi comparatis [1]). Quare, si quid inter orationes Taciti et Plutarchi discrepat, non est haerendum; velut Groag confestim diversis fontibus eas asserit. Potius quae tamen identidem cernitur similitudo digna est quae notetur.

Ecce denique argumentum haud minoris momenti, quod a nostris iam pridem allatum [2]), quo modo infirmari possit, non video. Multis enim locis Plutarchus ea dicit, quae nihil aliud esse perspicuum est quam verba Taciti male intellecta. Et aliquot quidem Taciti loci tam obscuri sunt, ut recentiorum quoque non nulli ita eos interpretati sint ut Plutarchus [3]). An vero

---

[1]) Cfr. Fabia p. 329 sq.; Schmidtmayer, Die Rede des Kaisers Claudius über das ius honorum der Gallier e. q. s., Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien, a. 1890, p. 869 sqq.

[2]) Cfr. Nipperdey, praef.$_9$ p. 29 adn.; Lange p. 61 sqq.; Lezius p. 173.

[3]) Hoc Fabia p. 109 sq. non reputavit. Locos dico P. O. 3 v. 16 sqq. (de tumultu praetorianorum), O. 7 v. 1—7 (de expugnatione Cremonae), O. 12 v. 28—36 (de pugna Batavorum). Ex his tam evidentibus erroribus credibile fit item peccatum esse G. 22,17—19, 23,12—13 *(legeret, pronuntiat)*, 25,12—14; O. 7,13 sqq.; 12,23; 16,4—6. — Plutarchus quo minus satis magnam linguae Latinae scientiam habuisse videatur, non obstat illud in Dem. 2: cfr. Lagus, Plutarchus vitae Ciceronis scriptor, diss. Helsingforsiae a. 1846, p. 15 sqq.; Peter p. 61 adn.; Sickinger, De linguae Latinae apud Plutarchum et reliquiis et vestigiis, diss. Friburgi Brisgoviae a. 1883, p. 5 sq.; Gudeman, Transactions of the American Philological Association, a. 1889, p. 143. Errata igitur, quae apud illum non deesse constat, neglegentiae malo quam sermonis Latini ignorantiae ascribere. Quamquam interdum voces difficiliores non intellexit;

adeo auctoris communis similis fuit Tacitus, ut in eundem errorem legentes inducerent, et quidem locis pluribus? [1])

Quae contra disputari solent proximum est ut videamus. Ac multa quidem, quae ab adversariis adferuntur, tam parvi sunt momenti, ut opus non sit accuratius de iis disputare. Velut quod Plutarchus non raro quaedam, quae apud Tacitum exstant, silentio praeterit, in eo maxime se iactat Groagii argumentatio; qui postulat, ut cur quidque Plutarchus detraxerit, causa reddatur [2]). Verum quoniam Graecum scriptorem cum licentia et inconstantia, non ratione stabili firmaque versatum esse constat in fontibus eligendis [3]), sufficiet ista argumenta ex silentio Plutarchi petita semel notavisse.

Neque plus valet quod a Plutarcho interdum servato temporis ordine commemorantur quae in alius narrationis nexum transposuit Tacitus [4]). Nec enim adeo omne iudicium aut omnis libertas defuit Plutarcho, non ut ipse rerum seriem restituere posset [5]). Et in

---

exempla non illepida collegerunt Volkmann, Leben und Schriften des Plutarch, Berolini a. 1869, p. 35 sq., Sickinger p. 64 sqq., Woelfflin Comp. p. 45. — Latinismi feruntur in vita Othonis c. 3,19 sq. *οὐδὲν ὑγιὲς τὸν Κρισπῖνον ἥκειν διανοούμενον* (cfr. Lagus p. 18 adn. 28); etsi hoc Plutarchus falso addidit; c. 6,21 *σώματος μεγάλου* (de hoc genetivo qualitatis cfr. Hardy; Tacitus habet *corpore ingens*). Ne hinc communis fontis argumentum quaeras, etiam in vitis Graecorum latinismos observavit Reiske.

[1]) Interdum eadem quae Tacitus peccat Plutarchus: O. 8,8 sq.; 12,21 sq.

[2]) P. 736 et multis locis.

[3]) Cfr. Gutschmid l. l. p. 23 sq. Multa sunt apud Polybium, quae cur omiserit Livius, frustra quaesieris: cfr. Nissen Kr. U. p. 23.

[4]) Quo argumento utuntur Fabia p. 106 et 277 sqq.; Groag p. 736 sq.; Leo, Tacitus p. 7; Schanz l. l. p. 240.

[5]) Cfr. Woelfflin Plin. p. 352 sq.

vita Coriolani, quam totam de Dionysio Halicarnassensi haustam esse haud ambigitur, non pauca suo loco reddidit, quae auctor eius alibi posuerat [1]).

Iam acta senatus adisse Tacitum Groag [2]) et subtiliter docet et mihi certe fidem facit. Sed apud Plutarchum desiderari, quicquid de senatu accuratius praebeat Tacitus, iniuria miratus idem concludit inde Plutarchum Taciti fuisse ignarum [3]). Namque et G. 28 et O. 1 usque eo consentiunt, ut nisi a Tacito Plutarchus sua habeat, illum his locis efficiatur non acta patrum, sed communem auctorem adhibuisse.

Sed haec facilia sunt ad refutandum; alia quaedam uberius paulo ac fusius explicanda sunt. Plutarchus enim et Tacitus cum easdem res describunt, ille saepius addit, cui quod respondeat apud hunc non invenitur. Itaque qui communem fontem semper adhibitum ducunt, ea plerumque utuntur ratione et arte, ut talia deinceps colligant iisque instent tamquam gravissimis communis originis indiciis. Quarum rerum duo discernenda sunt genera ac separatim tractanda.

Alterum genus constat ex iis rebus, quae nihil impedit quin a Plutarcho de suo additae esse videantur. Exornatorem enim rerum non minus quam narra-

---

[1]) Cfr. Peter, Die Quellen Plutarchs, Coriolanus p. 10: »Es fragt sich nun aber: welches ist die Art der Benutzung? Dieselbe ist eine im Ganzen sehr freie und verständige . . . Die Anordnung des Stoffes musste natürlich in den Hauptzügen dieselbe sein, doch finden sich hin und wieder Einzelheiten bei Plutarch, die man an der entsprechenden Stelle des Dionys vergebens sucht, und die er aus einer späteren Erwähnung derselben Sache herausgelesen hat«. Subiunguntur exempla.

[2]) P. 711 sqq.

[3]) P. 714 sq. et 737. — De O. 1 cfr. infra p. 64.

torem fuisse Plutarchum confitebitur quisquis fontibus vitarum Parallelarum studii aliquid impertierit. Ementiri praeterea in historiis quis ignorat concessum fuisse rhetoribus, ut quod vellent dicere possent argutius? [1]) Ne Tacitus quidem semper a tali fuco abstinet, qui quidem scopulos arenoso maris Germanici littori appinxerit [2]). Eo magis Graeculus ille, etiamsi maioribus in rebus a mendacio sibi temperavit, frivola quaedam etiam atque etiam rebus enarrandis intexuit, ut, quasi gererentur, sub aspectum legentium subiceret [3]). Ita fit ut saepe plura paulo atque etiam accuratiora praebentis speciem prae se ferat quam Tacitus. Quodsi exempli causa *τετρωμένοι* O. 15,3 ex vano haustum esse certis argumentis demonstrari poterit [4]), plus fidei vix merebitur *τοῖς προτεταγμένοις* O. 12,1. Iam in vita Coriolani, quam de uno fere Dionysio fluxisse constat, quam frequenter adhibeat similia elocutionis ornamenta, apparet. Quin interdum fusior quam fontis est Plutarchi narratio; usque eo levia illa abundant [5]).

---

[1]) Cfr. Cic. Brut. 11,42.

[2]) Ann. II 23 sq.; cfr. Peter G. L. II p. 294. — De Livio Nissen, Kritische Untersuchungen, Berolini a. 1863, p. 22: »Er ... setzt ... Kleinigkeiten hinzu, die manchmal aus dem Gesagten richtig gefolgert, oft zweifelhaft, oft gradezu falsch sind«. Livium tamen omni numero diligentiorem quam Plutarchum iudicat p. 34. — Speciosius quam verius Fabia p. 50: »La négligence d'un historien ... se traduit plus généralement par des omissions que par des additions«.

[3]) Cfr. Peter p. 5: »Nicht selten hat ihn auch seine Phantasie und seine Sucht, Alles auszumalen und plastisch darzustellen, zu Ungenauigkeiten und kleinen Zuthaten veranlasst«.

[4]) Cfr. infra p. 129 adn. 1.

[5]) Cfr. P. Cor. 10 et Dion. VI 94 (Peter p. 15 sq.). — Eius generis nugae sunt **τοῖς μάλιστα πιστευομένοις** G. 27,41 sq.; **ἀγαθοῖς**

Animi vero motus cum depingit Plutarchus, liberrime evagatur [1]; item dicta aliena satis superque amplificat [2]. Et de qua re fons dubitavit, Plutarchus tamquam certam non numquam proponit [3]; rursus quae auctor adfirmavit, per φασίν adiectum ille in dubio ponit [4]. Quam igitur inconstanter illi, qui Tacitum rhetorem rerum incuriosum putant, iidem Plutarcho summam diligentiam vel, ut Graece dicam, ἀκρίβειαν attribuunt! Quamquam maiora Plutarchi additamenta, de quibus proxime agam, cavendum est ne propterea tantum, quod non sunt apud Tacitum, in suspicionem voces; quod non licet nisi quae alia iusta est dubitandi causa [5].

O. 7,14; τοὺς ἀρίστους τῶν ἱππέων O. 11,24; qualia premit Fabia; cfr. Peter p. 12 sq. Verba fontis in τοὺς μὲν — τοὺς δέ dividendo amplificare, si quicquam, Graeci est: cfr. Peter p. 16, Norden I p. 25 adn. 3, infra p. 117 adn. 1, 120 adn. 2, 142 adn. 4. — Vel Plutarchus ubertate interdum subobscuros Taciti locos explicat: cfr. G. 25,15—17, O. 4,32—38, ubi alius fons ac Tacitus non requirebatur. — De Plutarcho morum praeceptore cfr. ad O. 2 et p. 139 adn. 4; Christ l. l. p. 654.

1) Velut G. 23,22—24; 24,19—20 (de vultu Othonis; cfr. Nissen Kr. U. p. 24: »So heisst es [Pol.] κγ 14 ὁ δὲ βασιλεὺς διατραπεὶς ὡς ἔνι μάλιστα καὶ ἀπορήσας ἐπὶ πολὺν χρόνον; daraus wird [Liv.] XXXIX 34 *primo adeo perturbavit ea vox regem ut non color, non vultus ei constaret; deinde* e. q. s.»); O. 6,1—13; 15,17—19; 16,21—23 (cfr. p. 134 adn. 2). Cfr. Peter p. 13 sq. de Cor. 9.

2) Velut G. 26,11; 27, 17—20; O. 6,1—13. Cfr. quod paulo ante de orationibus dixi. Cum ipsa verba referuntur, semper additur *his ipsis totidemque verbis* (Suet. O. 11) seu tale aliquid.

3) G. 21, 2—5 (cfr. Woelfflin Comp. p. 50 adn. 1); G. 12; 26,25 sq. Cfr. Peter p. 8 adn. 1.

4) Cfr. infra p. 45 adn. 1.

5) Velut O. 16,10—12; O. 4, 29—32 (Plutarchus enim, qua est superstitione, semper in ominibus multus est: cfr. G. 23,9—17; 24,9—19 et Heikel, Beitr. z. Erkl. v. Plutarchs Biogr. d. Perikles, Helsingforsiae a. 1891, p. 2).

Alterum iam genus examinabimus, quo in genere sunt eae res, quas Plutarchus non sua sponte attexuit, sed aliunde inseruit. Nimium enim Tacito cupiebant, qui, quodcumque apud hunc desideraretur, Plutarchi licentia fictum esse arbitrabantur; neque Plutarchum e Tacito pendere statuendum est, nisi ubi similes sunt. Sed quae Plutarchus refert, nequaquam ita sunt inter se conexa et indiscreta omnia, ut e secundario fonte non quaedam interponi potuerint. In quo mirari satis non queo, unde hoc sit quasi oculorum mendacium, quo deceptus Mommsen illud omnino fieri potuisse tam praefracte negaverit [1]). Tanto auctore quae stat opinio nimirum usque ad hunc diem perviguit. At ea ipsa fuit Plutarchi scribendi ratio, ut alia aliunde colligeret contexeretque [2]). Quod cum semper alias fecisse eum constet, quid est cur in Galba et Othone potissimum concedere dubites? Certe multo minus mirum est si Plutarchus plures auctores confudit quam si unum Tacitus exscripsisset [3]).

---

[1]) P. 315: »er [Plutarch] bringt auch eine Menge von Thatsachen, die bei Tacitus nicht zu finden und doch mit der dem Plutarch und dem Tacitus gemeinschaftlichen Erzählung so eng verwachsen sind, dass jedem, der in solchen Untersuchungen Takt und Uebung hat, der Gedanke an eine Einlegung derselben aus einer zweiten Quelle von vorn herein als unzulässig erscheinen muss«.

[2]) Cfr. Croiset, Histoire de la littérature grecque, V p. 492: »pour composer, il a presque toujours collectionné et juxtaposé«; Peter G. L. II p. 268: »zu kontaminieren, und zwar auch aus kleinen Stückchen, hat Plutarch verstanden«; cfr. p. 265. Vid. etiam Norden I p. 90 adn. 1: »Plutarch, der.. um mich so auszudrücken, τὰ τῶν ἄλλων συνυφαίνει τοῖς ἑαυτοῦ«.

[3]) Iuncturae quod plerumque non cernuntur, in eo nollem haesisset Fabia p. 107 sq.: cfr. Gutschmid p. 5: »so mochte es auch einem minder geübten Schriftsteller gelingen, die eine [Quelle] aus der anderen so zu ergänzen, dass wir die Commissuren nicht mehr

Sunt autem apud Plutarchum quae in Historiis non ea quidem omnino reticeantur, sed multo brevius significentur. Quae cum ita sint, adducor ut interdum Taciti quoque fontem a Plutarcho adhibitum esse existimem. Quam sententiam haud ignoro plerisque visum iri seu contortam seu licentiosam sive alia qua appellatione dignabitur. Sed primum aliquem ex celeberrimis Taciti auctoribus etiam Plutarcho praesto fuisse haud absurdum est. Porro in narrationibus insunt quasi signa quaedam et notae, quae sequenti licet in universum discernere, quid Tacito ipsi, quid auctori communi videatur addicendum; in singulis quidem locis non semper illa ab his certissimo limite dividi posse consentaneum est. Sed, ut dixi, non numquam vel ex eo, quod Tacitus occultius eadem denotat, vel ex eo, quod Suetonius magis cum Plutarcho quam cum Tacito congruit, recte concluditur communem fontem esse adhibitum ab utroque [1]). Talibus locis minorem plerumque similitudinem esse inter Tacitum et Plutarchum animadvertendum est. Itaque ii ipsi loci, quos e fonte communi manasse certum est, minime faciunt cum sententia eorum, qui auctorem communem a Tacito ad verbum exscriptum opinantur. Quod vero uno alterove ex his locis maior est convenientia [2]), paucula quaedam aliunde ad

---

bemerken»; Peter G. L. II p. 268 adn. 5. At P. G. 22 init. conglutinatio quaedam apparet: cfr. p. 22. Saepe etiam δέ particulam additamenti indicem dixerim: cfr. infra ad G. 27, 9—17; O. 3, 6—9 (*Κλούβιος δὲ Ῥοῦφος*); O. 9, 14 *ἑτέρων δέ*; O. 15, 14—17.

[1]) Velut G. 19,6—20,6; 28,6—16; O. 2, 3—18; 13,7—45. In primis vero illustre exemplum est O. 17, ubi v. 9—10 *ὥστε τοὺς κατευνάστὰς αἰσθάνεσθαι* a Tacito verbis *utque adfirmatur* circuitur.

[2]) Ut G. 20, 24—27; O. 17, 1—4.

verbum transferre et omnibus rerum scriptoribus et Tacito licuit; omnia non licuit.

Hic est locus ut, quae ratio inter hos duos et Suetonium intercedat, paucis exponam [1]). Quantum momenti Suetonius habeat ad hanc controversiam diiudicandam, Fabia id quidem rectius quam alii quidam [2]) intellegit; idem quod Suetonii consensum aliter explicari posse negat nisi exscripto communi fonte, fallitur. Aliquot sane locis certum est fontem communem subesse, quando quidem Suetonio Plutarchus propior est quam Tacito [3]). Sed plerumque, ubi aliqua quae deest apud Tacitum vox et apud Plutarchum et apud Suetonium reperitur, ibidem Plutarchi verba cetera omnia Tacito quam Suetonio similiora sunt. Itaque si quod verbum Plutarchi et Suetonii commune est, nisi vero casu idem utrique occurrit, ex communi illo auctore prius pervoluto Plutarchi memoriae haesisse putandum est. Ea est ratio loci P. G. 24 v. 11, ubi ἕωθεν respondet voci Suetonii *mane*, desideratur in Historiis [4]). Ex quo illud consequitur, fieri posse,

---

[1]) Suetonius, ubi cum Tacito congruit, fontem communem sequitur; paucissima ex Tacito non tam requisisse quam meminisse mihi videtur. Cfr. etiam Macé, Essai sur Suétone, Parisiis a. 1900, p. 375 sqq.; Groagium p. 766 sqq. refutare longum est; cfr. infra p. 137 adn. 2. — Plutarchus, licet in vita Ciceronis Suetonii librum, qui de Viris illustribus inscribebatur, adhibuerit (cfr. Gudeman l. l. p. 139 sqq.), in Galba et Othone non adhibuit Caesares Suetonii: cfr. Fabia p. 132 sq. Fuit qui Plutarcho auctore Suetonium usum esse diceret; hoc refellere non est operae pretium.

[2]) Velut Lezius p. 7 minus vere de utilitate Suetonii iudicavit.

[3]) Cfr. P. G. 20, 24—27; O. 17, 1—4.

[4]) Cfr. Woelfflin Comp. p. 33 adn. 1; Peter p. 15 de quodam Coriolani loco: »Dies . . . ist also als eine Reminiscenz aus

ut eius modi tamque parvulae res ex auctore antea evoluto in narrationem quamvis omnino de Tacito haustam paulo saepius irrepserint, etiam si quae Suetonii ope investigari nequeant. Sed hoc opus non erit unoquoque loco repetere, quoniam maximam partem nihilo setius a Tacito convertere potuit Plutarchus.

Quibus de causis ego sic statuo, Plutarchum, quotiens congruit cum Tacito, plerumque eo ipso, interdum fonte eius esse usum. Atque ut illud accuratius paulo explicem, in G. 1—21 maxima ex parte auctorem communem secutus videtur; quasdam tamen ex Historiis vel narratiunculas convertisse [1]) vel locutiones esse recordatus. Sed simulatque ad kalendas Ianuarias anni 69 venit, unde coepit Tacitus, huic se addixit [2]); posthac aut solas aut maxime Historias sequitur. Et quoniam in G. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28, 1—6. O. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9, 14—32. 10, 1—6. 11. 12. 13, 1—7. [3]) 15. 16. 17, 26—39 pauca admodum aliunde fluxerunt neque in reliquis capitibus vestigia Taciti desunt, vere Historiae dici possunt vitarum Plutarchearum quasi fundamentum [4]). Secundario autem fonte Plutarchus usus est communi

---

Plutarchs früherer Lectüre anzusehen, wie er sie öfters zwischen den Bericht seiner Hauptquelle einzustreuen liebt».

[1]) Cfr. G. 12 de adulescentia Vinii.

[2]) Cfr. infra p. 21 sq. et Excursus I.

[3]) Locus ille in O. 14, 1—4, quicquid loquitur Peter G. L. II p. 274, quin et ex Historiis et e fonte secundario orta sit proelii Bedriacensis descriptio, non impedit.

[4]) Lezius p. 180 sq. et haud scio an nimis multos fontes Plutarcho attribuat neque fontem principalem audet dicere Tacitum. Melius Krauss p. 8 sq.

illo; cuius quid fuerit nomen, in medio relinquam [1]. Plurium fontium, licet adesse potuerint, nullum est signum [2].

Ac video fore, ut haec ratio mea in reprehensionem incurrat et eorum, qui Taciti studio accensi, si quid apud Plutarchum illi non respondet, commenticium esse iudicant, et eorum, quibus in Plutarchi manus numquam venisse curam Taciti persuasissimum est. Nam vulgo placet omne, quod ita disiunctum est, quasi aut etiam aut non; quam multis modis scriptorum opera re vera inter se colligata atque implicata esse potuerint, quam tenuia et multiplicia ideo deducenda sint argumentandi fila, parum reputant. Eo laetius mihi evenit, quod habeo auctorem satis, opinor, idoneum, Alfredum Gutschmidium. Qui in illa aureola oratiuncula, quam saepius iam laudavi, quo-

[1]) Nuper Schanz l. l. p. 240, Schwartz apud Wissowam III p. 1715 quicquam de nomine auctoris communis liquere percaute negaverunt. Attamen quaedam certissima sunt: primum fontem communem non fuisse Cluvium Rufum (cfr. infra ad O. 3 et Fabia p. 176 ad Tac. Hist. III 65); deinde in G. 19, 6—20, 6 fontem communem fuisse Fabium Rusticum (cfr. infra p. 16 et Seeck, Mus. Rhen., a. 1901, p. 231 adn. 3). Hic locus quoniam in annum 58 incidit, ex eo non cogitur eundem fuisse fontem anni 69. Quamquam hoc eo veri simile fit, quod post in G. 20, 6 consimiliter ac reliqui scriptores pergit Plutarchus.

[2]) Cluvius Rufus O. 3 et Iulius Secundus O. 9, id quod Suetonius comparatus docet, iam ab auctore communi prolati erant. — Fando Plutarchus praeter O. 14, 4—11 nihil audierat: cfr. Groag p. 760 adn. 2. Quae vero, cum in Gallia Cisalpina iter faceret (cfr. O. 14), ipse vidit, perfacile distinguuntur.

tienscumque duo scriptores inter se concinunt, hanc ipsam explicationem valde commendat [1]).

Haec habui de Tacito et Plutarcho inter se congruentibus quae praefarer. Quae quidem quaestio et late patet et ad Suetonium Cassiumque Dionem [2]) pertinet, quos hic quasi per transennam praetereuntes aspeximus. Ac si cui quae proposui minus certa videbuntur, unum certissimum est, potuisse Tacitum esse inter fontes Plutarchi; iam ut hoc veri simile saltem sit, spero aliquando omnes esse concessuros. Quamquam quantum Tacito, quantum aliis debeat Plutarchus, id numquam profecto constabit, nisi forte ipse ille fons communis e solo Italiae erit effossus.

---

[1]) P. 19: »Ferner darf bei Quellenuntersuchungen die Frage nie so scharf formulirt werden: 'ist von dem betreffenden Historiker die erste oder eine aus ihr abgeleitete Quelle benutzt worden?' Vielmehr ist die Möglichkeit nicht nur nicht auszuschliessen, sondern sogar als eine sehr naheliegende anzuerkennen, dass erste und abgeleitete Quelle neben einander benutzt worden sind. Nichts ist einfacher, als dass ein Geschichtsschreiber, der sich über die Partien der Geschichte, die er zu studiren hat, unterrichten will, zunächst zu den neuesten, ihm geläufigsten Hilfsmitteln greift, durch diese auf die eigentlichen, älteren Quellen aufmerksam gemacht wird und nun erst diese selbst zu Rathe zieht . . .; gewiss ist dieser Fall sehr häufig vorgekommen. Arbeiten wir denn anders? Und doch erinnere ich mich nicht, dieser so natürlichen und selbstverständlichen Annahme in der so ausgebreiteten Literatur über die Quellen der alten Geschichtsschreiber je begegnet zu sein». — Cfr. Krauss p. 8 sq., Lezius p. 169 et aliis locis, Fabia p. 87 adn. 1. Bene Klebs p. 309.

[2]) De Dione cfr. Groag p. 771. — Maximum indicium, quo ipso Tacito usum esse Dionem demonstratur, repperi: cfr. infra p. 138 adn. 1 et Excursus III.

In tractandis ipsis singulis rebus — et ex singulis rebus summa cura examinatis omnis haec quaestio pendet — ita egi, ut per singula capita Plutarchum secutus, appositis Taciti verbis neque neglectis Suetonii et aliorum locis, quid de unaquaque re aut de maiore sententiarum contextu iudicandum sit, quantum possem diligentissime perpenderem et sine ullo vel huius vel illius sententiae amore et studio decernerem, tum hic tum illic tum in medio consistens; incerta denique haberem pro incertis.

Editionibus usus sum Plutarchi Sintenisiana minore, Taciti Halmiana quarta.

PLUTARCHI GALBA ET OTHO

CUM

TACITI HISTORIIS

CONFERUNTUR

P. G. c. 1. —

P. G. c. 2. De Nymphidio quae dicit Tacitus I 5 a Plutarcho non discrepant. Sed ille tam breviter Nymphidium attingit, nullo ut modo possit inde sumpta esse Plutarchi narratio. Quam propter brevitatem Taciti ne communem quidem subesse fontem concludere licet; quantum enim in Historiis de Nymphidio exstat, a quolibet illarum rerum scriptore proditum esse cogitandum est[1]).

P. G. c. 3. Similia de cursu honorum Galbae habet Tacitus I 49. Quae cum, quisquis de Galba scripserit, nemini praetereunda fuerint, nulla inde efficitur cognatio.

P. G. c. 4. —[2])

P. G. c. 5. —

P. G. c. 6. —[3])

P. G. c. 7. Clausula huius capitis cum loco quodam Taciti congruit:

---

[1]) Fabia p. 90 fontem statuit communem.

[2]) ***Τίνα τρόπον βουλεύεσθε; τὸ γὰρ ζητεῖν, Νέρωνι εἰ πιστοὶ μενοῦμεν, οὐκ ἤδη μενόντων ἐστίν*** v. 27 sqq. ex *qui deliberant, desciverunt* Tac. II 77 ortum esse crediderim, nisi quod hic locus communis potest fuisse.

[3]) Cfr. ad P. G. 10 (pag. 3 adn. 3).

18—20 *τῷ δ' ἀπελευθέρῳ δακτυλίους τε χρυσοῦς ἔδωκε καὶ Μαρκιανὸς ὁ Ἴκελος ἤδη καλούμενος εἶχε τὴν πρώτην ἐν τοῖς ἀπελευθέροις δύναμιν.*

I 13 *nec minor gratia Icelo Galbae liberto, quem anulis donatum equestri nomine Marcianum vocitabant*[1]).

Primus hic est locorum, ubi verba verbis concinunt[2]). Et haec quidem Plutarchum e fonte communi hausisse non potest negari, quoniam similior est Suetonio quam Tacito (cfr. *δακτυλίους χρυσοῦς* P., *anulis aureis* S., *anulis* T.).

P. G. c. 8. —

P. G. c. 9. Initio huius capitis locus respondet Historiarum quidem nullus, sed Annalium quidam.

1—11 *ὁ Νυμφίδιος . . . οὐκ ἔφευγε Γαΐου Καίσαρος υἱὸς λέγεσθαι τοῦ μετὰ Τιβέριον ἄρξαντος. Ἐγνώκει γὰρ ὁ Γάϊος, ὡς ἔοικε, τὴν τεκοῦσαν αὐτὸν ἔτι μειράκιον ὢν οὐκ ἀειδῆ τὴν ὄψιν οὖσαν, ἐκ δ' ἀκεστρίας ἐπιμισθίου Καλλίστῳ, Καίσαρος ἀπελευθέρῳ, γεγενημένην. Ἀλλ' ἦν ἡ πρὸς Γάϊον ἔντευξις αὐτῆς, ὡς ἔοικε, νεωτέρα τῆς Νυμφιδίου γενέσεως, αἰτίαν δὲ ἔσχεν ἐκ Μαρτιανοῦ τοῦ μονομάχου γεγονέναι, τῆς Νυμφιδίας ἐρασθεί-*

Ann. XV 72 *Igitur matre libertina ortus, quae corpus decorum inter servos libertosque principum vulgaverat, ex Gaio Caesare se genitum ferebat, quoniam forte quadam habitu procerus et torvo vultu erat, sive Gaius Caesar, scortorum quoque cupiens, etiam matri eius inlusit . . .*

---

1) Cfr. Suet. G. 14 *libertus Icelus, paulo ante anulis aureis et Marciani cognomine ornatus ac iam summae equestris gradus candidatus.*

2) Male Fabia p. 92: »la ressemblance n'est pas aussi frappante que plus haut à propos de Nymphidius et ne permet pas de conclure sûrement à la communauté de source.«

σης διὰ δόξαν αὐτοῦ, καὶ μᾶλλον ἐδόκει καθ᾽ ὁμοιότητα τῆς ἰδέας ἐκείνῳ προσήκειν.

Haec Plutarchi verba, quae cognationem Taciti prae se ferunt[1]), vel propter maiorem apud Plutarchum sententiarum copiam ex communi fonte fluxisse necesse est. Tacitum tamen suis ea verbis reddidisse suoque usum esse iudicio apparet.

P. G. c. 10.

13—21 *Καίτοι φανερᾶς γε τῆς Νέρωνος τελευτῆς γενομένης τό τε πλῆθος ἐνέκειτο τῷ Οὐεργινίῳ πάλιν, . . . Ἐπεὶ δὲ Φάβιος Οὐάλης ἄρχων ἑνὸς τάγματος ὤρκωσε πρῶτος εἰς Γάλβαν καὶ γράμματα ἧκεν ἀπὸ Ῥώμης περὶ ὧν ἡ σύγκλητος ἐψηφίσατο, χαλεπῶς μὲν καὶ μόλις, ἔπεισε δ᾽ οὖν τοὺς στρατιώτας αὐτοκράτορα τὸν Γάλβαν [ἀν*]ειπεῖν.*

I 53 *nec* (superior exercitus) *nisi occiso Nerone translatus in Galbam atque in eo ipso sacramento vexillis inferioris Germaniae praeventus erat.*

Haec Plutarchi verba, cum ex contractiore Taciti relatione orta esse non possint, eius ipsius tamen brevitatem ita explanant[2]), ut communem hoc loco pateat ab utroque expressum esse auctorem[3]).

---

[1]) Fabia p. 418 adn. 4 nimis dubitanter: »Il y a probablement communauté de source.» Cfr. Mommsen p. 301 adn. 1.

[2]) Cfr. Hardy p. 129: »Fabius Valens was the legatus of one of the legions, probably the I. Germanica (T. H. I 57), which belonged to Lower Germany. He was at this particular time, however, serving in the army of Verginius, having been sent as the commander of a vexillatio . . . against Vindex.»

[3]) Fabia p. 92 sq. hanc similitudinem non animadvertit. — Fieri etiam potuit, id quod vult Groag p. 779 sq., ut ex eodem

P. G. c. 11. — [1]
P. G. c. 12.

1—2 *Ἦν δὲ Οὐίνιος ἀργυρίου μὲν ἐσχάτως καὶ παρ' ὁντινοῦν ἥττων* [2],

2—9 *ἔνοχος δὲ καὶ τοῖς περὶ γυναῖκας ἁμαρτήμασιν.*

Ἔτι γὰρ ὢν νέος καὶ στρατευόμενος ὑπὸ Καλβισίῳ Σαβίνῳ τὴν πρώτην στρατείαν ἀκόλαστον οὖσαν τὴν γυναῖκα τοῦ ἡγεμόνος παρεισήγαγε νύκτωρ εἰς τὸ στρατόπεδον ἐν ἐσθῆτι στρατιωτικῇ καὶ διέφθειρεν ἐν τοῖς ἀρχείοις, ἃ πριγκίπια καλοῦσι Ῥωμαῖοι.

I 48 *Prima militia infamis: legatum Calvisium Sabinum habuerat, cuius uxor mala cupidine visendi situm castrorum, per noctem militari habitu ingressa, cum vigilias et cetera militiae munia eadem lascivia temptasset, in ipsis principiis stuprum ausa est: criminis huius reus Titus Vinius arguebatur.*

Ἐπὶ τούτῳ δὲ Γάϊος Καῖσαρ ἔδησεν αὐτόν· ἐκείνου δὲ ἀποθανόντος εὐτυχίᾳ χρησάμενος ἀπελύθη.

Igitur iussu Gai Caesaris oneratus catenis, mox mutatione temporum dimissus . . .

9—14 *Δειπνῶν δὲ παρὰ Κλαυδίῳ Καίσαρι ποτήριον ἀργυροῦν ὑφείλετο· πυθόμενος δὲ ὁ Καῖσαρ τῇ ὑστεραίᾳ πάλιν αὐτὸν ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλεσεν, ἐλθόντι δὲ ἐκέλευσεν*

servili deinceps probro respersus est, tamquam scyphum aureum in convivio Claudii furatus, et Claudius postera die soli omnium Vinio fictilibus ministrari iussit.

---

auctore manarent *ἀμφίβολος ὤν* in initio huius capitis positum et Taciti I 8 *an imperare noluisset dubium.* Fabia p. 91 hunc Taciti locum tantum cum P. G. 6 neque cum P. G. 10 comparavit. — De v. 28—32, ubi Verginius laudatur, cfr. Ingressio.

[1]) Etiam huic capiti a Tacito satis alieno fontem communem subesse conicit Fabia p. 93.

[2]) Cfr. Suet. G. 14 *T. Vinius . . . cupiditatis immensae.*

ἐκείνῳ μηδὲν ἀργυροῦν, ἀλλὰ κεράμεα πάντα προσφέρειν καὶ παρατιθέναι τοὺς ὑπηρέτας . . .[1])

2—9. Haec vero gemina et simillima esse apparet[2]); neque quicquam impedit, quo minus unum aut certe potissimum Plutarchus secutus sit ducem Tacitum. Nam quod haec et quae sequuntur ante mortem Vinii narrantur a Plutarcho, post a Tacito, quo communis fontis argumento Fabia p. 94 utitur, id nullius esse momenti omnes concedent. An vero Plutarchus ordinem Taciti nihil mutare potuit?[3]) At Tacitus circuitione quadam *mutatione temporum* dicit, multo autem planius Plutarchus *ἐκείνου δὲ ἀποθανόντος εὐτυχίᾳ χρησάμενος*. (Sic Fabia p. 94, Andresen p. 433.) Sed *mutatione temporum*, quae verba non semel de mortibus Caesarum euphemistice, ut nunc dicunt, usurpata sunt (repperi apud Suetonium, Ner. 5 *sub excessu Tiberi reus, mutatione temporum evasit*), neque sunt intellectu difficilia et mirum quantum respondent vocibus Plutarchi *εὐτυχίᾳ χρησάμενος*. Quod autem Plutarchus a Vinio introductam in castra Calvisiam scribit minusque dubitanter quam Tacitus Vinium adulterii accusat, ipsius neglegentiae tribuendum est; item

[1]) Cfr. Suet. Claud. 32 *Convivae, qui pridie scyphum aureum subripuisse existimabatur, revocato in diem posterum calicem fictilem apposuit.*

[2]) Ex tot tamque conspicuis similitudinibus unam satis est proferre: *in ipsis principiis stuprum ausa est* et *διέφθειρεν ἐν τοῖς ἀρχείοις, ἃ πριγκίπια καλοῦσι Ῥωμαῖοι.* Cfr. Woelfflin, Comp. p. 14.

[3]) Quid hoc loco agat Plutarchus curque de Vinio quaedam a Tacito prolata omittat, Woelfflin Comp. p. 13 bene explicat.

ἔνοχος τοῖς περὶ γυναῖκας ἁμαρτήμασιν a Plutarcho addita esse veri simile est [1].

9—14. Haec quoque valde similia sunt [2]. Quae ne omnia ab uno Tacito petita ducamus, solum nescio an obstet *πάλιν αὐτὸν . . . ἐκάλεσεν,* cui respondet apud Suetonium *revocato.* Quem concursum fortuitum putarem, nisi saepius eandem intercedere rationem constaret; itaque illud ex fonte communi prius perlecto in relationem e Tacito haustam se insinuasse crediderim. Nam Plutarchum plures de moribus Vinii adhibuisse fontes sane probabile est; et uno quidem Tacito non fuisse contentum inde intellegitur, quod initium capitis *Ἦν — ἥττων,* cui nihil respondet apud Tacitum, cum loco Suetoniano ad verbum fere congruit.

P. G. c. 13. —

P. G. c. 14. —

P. G. c. 15.

1—17 *Οὕτω δὲ τοῦ Νυμφιδίου καταστρέψαντος ὁ Γάλβας πυθόμενος καὶ τῶν συνωμοτῶν αὐτοῦ κελεύσας ἀποθανεῖν ὅσοι μὴ δι' αὐτῶν εὐθὺς ἀπέθανον, ἐν οἷς ἦν καὶ Κιγγώνιος ὁ τὸν λόγον γράψας καὶ Μιθριδάτης ὁ Ποντικός, ἔδοξε μὴ νομίμως, εἰ καὶ δικαίως, μηδὲ δημοτικῶς ἀνῃρηκέναι πρὸ κρίσεως ἄνδρας οὐκ ἀσήμους. Ἑτε-*

I 6 *Tardum Galbae iter et cruentum, interfectis Cingonio Varrone consule designato et Petronio Turpiliano consulari: ille ut Nymphidi socius, hic ut dux Neronis, inauditi atque indefensi tamquam innocentes perierant.*

---

[1]) Cfr. Woelfflin. Comp. p. 13 sq.

[2]) Quod quem Tacitus Suetoniusque aureum dicunt scyphum Plutarchus argenteum facit. eam differentiam levissimam ex neglegentia Plutarchi ortam esse inter omnes constat. — In *ἐκέλευσεν* — *ὑπηρέτας* Plutarchus Tacito similior est quam Suetonio.

ρον γὰρ ἡγεμονίας σχῆμα προσεδέχοντο πάντες, ἐξαπατώμενοι συνήθως ὑπὸ τῶν ἐν ἀρχῇ λεγομένων. Ἔτι δὲ μᾶλλον ἠνίασεν αὐτοὺς ἀνὴρ ὑπατικὸς καὶ Νέρωνι πιστὸς ἀποθανεῖν κελευσθείς, Πετρώνιος Τουρπιλιανός. Μάκρωνα γὰρ ἐν Λιβύῃ διὰ Τρεβωνιανοῦ καὶ Φοντήϊον ἐν Γερμανίᾳ διὰ Οὐάλεντος ἀνελὼν πρόφασιν εἶχεν ἐν ὅπλοις καὶ στρατοπέδοις ὄντας φοβηθῆναι. Τουρπιλιανὸν δέ, γέροντα γυμνὸν καὶ ἄνοπλον, λόγον μεταλαβεῖν οὐδὲν ἐκώλυεν, εἴ τις ἣν ἐπαγγέλλεται μετριότητα τοῖς γράμμασιν ἔργῳ φυλάξειν ἔμελλε. Ταῦτα μὲν οὖν τοιαύτας ἔχει μέμψεις[1]). (Cfr. I 7.)

Haec ex communi fonte emanasse concedendum puto Mommsenio p. 312 atque Fabiae p. 94 sq. Neque enim modo in eo consentiunt Plutarchus et Tacitus, quod Galbam inauditos condemnasse arguunt, verum etiam ἀνὴρ ὑπατικός, Νέρωνι πιστός et *consularis, dux Neronis* de Petronio Turpiliano posita sibi respondent. Fallitur igitur Groag p. 739 adn. 1, quod Fabiam oppugnans hanc cognationem tollere conatur [2]). Et quoniam plura de eisdem Plutarchus praebet quam

---

[1]) Cfr. Suet. G. 14 *Quosdam claros ex utroque ordine viros suspicione minima inauditos condemnavit.*

[2]) Idem in eo dissentire contendit scriptores, quod Tacitus Cingonium et Turpilianum non innocentes faciat condemnari. Sed falso. Tacitus enim verbo *tamquam* rem in medio relinquit; cf. quem Orellius apte ascripsit locum Plin. Epp. 4, 11, 8 *nescio an innocens, certe tamquam innocens.* — Neque in morte Capitonis eam video repugnantiam quam Groag p. 747.

Tacitus neque ea inter ipsos similitudo est, ut quis furti Tacitum accusare possit, haec a communi petita esse auctore non est cur infitiemur.

Eius quae de tumultu classiariorum sequitur narrationis totum quasi corpus [1]) e Tacito non pendere apparet; unum excipitur in clausula positum:

31—33 διεφθάρησαν, οὐ χρηστὸν οὐδὲ αἴσιον ποιοῦντες τῷ Γάλβᾳ τὸν οἰωνὸν εἰσιόντι διὰ πολλοῦ φόνου καὶ νεκρῶν τοσούτων εἰς τὴν πόλιν . . .

I 6 *Introitus in urbem trucidatis tot milibus inermium militum infaustus omine atque ipsis etiam qui occiderant formidolosus.* I 37 *et cuius lenitatis est Galba, iam fortasse promisit, ut qui nullo exposcente tot milia innocentissimorum militum trucidaverit. Horror animum subit, quotiens recordor feralem introitum et hanc solam Galbae victoriam, cum in oculis urbis decumari deditos iuberet, quos deprecantes in fidem acceperat. His auspiciis urbem ingressus . . .*

Haec Plutarchi verba e Tacito parta crediderim. Nam gemina sunt *οὐ χρηστὸν οὐδὲ αἴσιον . . . τὸν οἰωνὸν εἰσιόντι διὰ . . . νεκρῶν τοσούτων* [2]) *εἰς τὴν πό-*

---

[1]) De quo cfr. Juenemann, Leipz. Stud. 16, p. 1—20.

[2]) Cfr. Woelfflin, Comp. p. 12: »Was Tacitus von den 7,000 Todten hielt, von denen Dio Cassius 64, 3, 2, gewiss übertrieben, berichtet, wissen wir nicht; vielmehr wollte er in den Historien,

λιν et *introitus in urbem trucidatis tot milibus . . . infaustus omine* sive *tot milia . . . trucidaverit. His auspiciis urbem ingressus.* Neque hoc omen recipit Suetonius aut G. 12 aut G. 18. Et Plutarchum quidem, cum uberiorem alium fontem, nescio an communem, exscriberet, facile cogitari potest Taciti illud esse recordatum.

P. G. c. 16.

8—17 *Τὰς δὲ δωρεάς, ἃς Νέρων ἔδωκε τοῖς περὶ σκηνὴν καὶ παλαίστραν, ἀπαιτεῖσθαι συντόνως κελεύσας πλὴν τοῦ δεκάτου μέρους, εἶτα μικρὰ καὶ γλίσχρα κομιζόμενος (ἀνηλώκεσαν γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν λαβόντων, ἐφήμεροι καὶ σατυρικοὶ τοῖς βίοις ἄνθρωποι) τοὺς πριαμένους παρ' αὐτῶν ἢ λαβόντας ὁτιοῦν ἀνεζήτει καὶ παρ' ἐκείνων ἐξέπραττε. Τοῦ δὲ πράγματος ὅρον οὐκ ἔχοντος, ἀλλὰ πόρρω νεμομένου καὶ προϊόντος ἐπὶ πολλούς, αὐτὸς μὲν ἠδόξει, φθόνον δὲ καὶ μῖσος εἶχεν Οὐίνιος . . .*[1])

I 20 *Bis et viciens miliens sestertium donationibus Nero effuderat: appellari singulos iussit, decuma parte liberalitatis apud quemque eorum relicta. At illis vix decumae super portiones erant, isdem erga aliena sumptibus quibus sua prodegerant, cum rapacissimo cuique ac perditissimo non agri aut faenus, sed sola instrumenta vitiorum manerent. Exactioni triginta equites Romani praepositi, novum officii genus et ambitu ac numero onerosum: ubique hasta et sector, et inquieta urbs*

ohne vorzugreifen, absichtlich keine bestimmte Zahl nennen, und mit dem unbestimmten tot milibus den Leser nur an das Blutbad erinnern . . . Für P. dagegen, welcher das Ereigniss chronologisch suo loco vorgeschoben hat, ist es höchst auffallend, dass er in seiner zusammenhängenden Erzählung den nämlichen Ausdruck gewählt hat . . . *τοσούτων* . . . Nach unserer Ansicht hatte er nämlich den T. gelesen». Cur Tacitus numerum reticuerit, Orosius docet, cfr. ad O. 3 v. 24.

[1]) Cfr. Suet. G. 15 *Liberalitates Neronis, non plus decimis concessis, per quinquaginta equites R. ea condicione revocandas cura-*

actionibus. Ac tamen grande gaudium, quod tam pauperes forent quibus donasset Nero quam quibus abstulisset.

Haec Plutarchum non Tacito debere manifestum est. Primum enim Tacitus gravissimam omittit illam quam et Plutarchus et Suetonius commemorant condicionem, ut etiam si quid Neroniani donatum vendidissent, auferretur emptoribus. Tum Plutarchus et Suetonius inter se congruunt in verbis *τοῖς περὶ σκηνὴν καὶ παλαίστραν* et *scaenici aut xystici,* quibus quae respondeant desiderantur in Historiis. Denique Graecus suo tempore rem narrat, nimis sero Tacitus [1]). Similiores tamen sunt quam ut diversos auctores secuti esse possint [2]). Quamquam Tacitus tantum abest ut ad verbum cum fonte consentiat, etiam nimiam videtur usurpavisse licentiam [3]).

---

vit exigendasque, ut et si quid scaenici aut xystici donatum olim vendidissent, auferretur emptoribus, quando illi pretio absumpto solvere nequirent.

[1]) Cfr. cum alii tum maxime Fabia p. 98, Woelfflin, Comp. p. 24 sqq.

[2]) Sufficit proferre *ἐφήμεροι καὶ σατυρικοὶ τοῖς βίοις ἄνθρωποι* et *isdem erga aliena sumptibus quibus sua prodegerant*; praeterea *τοῦ δὲ πράγματος — πολλούς* cum *novum officii genus et ambitu ac numero onerosum* comparaverunt Wolff in adnotatione et Fabia p. 98 adn. 2, cui non recte adversatur Groag p. 741 adn. 3. Quae cum ita sint, frustra haec Groag p. 741, ut solet, diversis vindicat fontibus. Et animadvertendum est ne Groagii quidem explicatione neglegentiae absolvi Tacitum, ut qui eius iudicio in auctoribus eligendis hoc loco parum diligentiae adhibuerit.

[3]) Bene Mommsen de Tacito p. 309: »Die Farben des letzteren sind lebhaft genug, aber die Zeichnung fehlerhaft.« — De v. 16 sqq. vid. Fabia p. 99.

P. G. c. 17.

6—20 Ὁ δὲ δῆμος ... ἐβόα ..., ἀπαιτεῖν δὲ καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους τὸν διδάσκαλον καὶ παιδαγωγὸν τῆς τυραννίδος Τιγελλῖνον. Ἐφθάκει δὲ ὁ γενναῖος προειληφὼς ἀρραβῶσι μεγάλοις τὸν Οὐίνιον. Εἶτα ... ὁ δὲ καὶ ποιήσας ἄξιον θανάτου Νέρωνα καὶ γενόμενον τοιοῦτον ἐγκαταλιπὼν καὶ προδοὺς περιῆν, μέγα δίδαγμα τοῦ μηδὲν ἄπρακτον εἶναι παρὰ Οὐινίῳ μηδὲ ἀνέλπιστον τοῖς διδοῦσιν. Οὐδενὸς γὰρ οὕτω θεάματος ἐρασθεὶς ὁ Ῥωμαίων δῆμος, ὡς τοῦ Τιγελλῖνον ἰδεῖν ἀπαγόμενον, οὐδὲ παυσάμενος ἐν πᾶσι θεάτροις καὶ σταδίοις αἰτούμενος ἐκεῖνον ...

I 72 *Sophonius Tigellinus... corrupto ad omne facinus Nerone. quaedam ignaro ausus, ac postremo eiusdem desertor ac proditor: unde non alium pertinacius ad poenam flagitaverunt, diverso adfectu, quibus odium Neronis inerat et quibus desiderium. Apud Galbam Titi Vinii potentia defensus, praetexentis servatam ab eo filiam. Haud dubie servaverat, non clementia, quippe tot interfectis, sed effugium in futurum, quia pessimus quisque diffidentia praesentium mutationem pavens adversus publicum odium privatam gratiam praeparat: unde nulla innocentiae cura, sed vices impunitatis. Eo infensior populus, addita ad vetus Tigellini odium recenti Titi Vinii invidia, concurrere ex tota urbe in Palatium ac fora, et ubi plurima vulgi licentia, in circum ac theatra effusi seditiosis vocibus strepere ...*

Hoc capite, quod omne exscribere longum est, Plutarchus evidenter alium potissimum secutus est ducem atque Tacitum multo breviorem. Eorum tamen quae excerpsi quaedam Tacitum quoque ei ad manum fuisse mea opinione indicant: cfr. *ὁ δὲ καὶ ποιήσας ἄξιον θανάτου Νέρωνα καὶ γενόμενον τοιοῦτον ἐγκαταλιπὼν καὶ προδοὺς* cum *corrupto ad omne facinus Nerone ... ac postremo eiusdem desertor ac proditor* [1];

[1]) *Desertor ac proditor,* cui mire respondet *ἐγκαταλιπὼν καὶ προδούς*, non uno loco dixit Tacitus: Orellius ascribit ex II 44 *desertorem proditoremque*, ex Ann. II 10 *desertor et proditor.*

οὐδενὸς γὰρ οὕτω θεάματος ἐρασθεὶς ὁ Ῥωμαίων δῆμος κ. τ. λ. cum ***unde non alium pertinacius ad poenam flagitaverunt.*** Qualia ex fonte communi exscripsisse Tacitum mihi persuadere non potui. Cfr. quae dicam ad P. O. 2 [1]).

P. G. c. 18.

1—2 *Ἐκ δὲ τούτου καὶ τὰ μετρίως πραττόμενα διαβολὴν εἶχεν* [2]),	I 7 *et inviso semel principi seu bene seu male facta parem invidiam adferebant.*

Tacitum hoc loco fontem fuisse cum Plutarchi tum Suetonii crediderim. — Fusius hac de re disputarunt Woelfflin Comp. p. 12, Plin. p. 351 et Andresen p. 432. Woelfflin primus hanc similitudinem animadvertisse sibi visus est; quam notaverunt iam Peter p. 33, Fabia p. 100. Suetonii congruentiam unus Hardy vidit.

2—5 *ὡς τὰ πρὸς τοὺς Γαλάτας Οὐίνδικι συναραμένους. Ἐδόκουν γὰρ οὐ φιλανθρωπίᾳ τοῦ αὐτοκράτορος, ἀλλὰ ὠνούμενοι παρὰ Οὐινίου τυγχάνειν ἀνέσεώς τε δασμῶν καὶ πολιτείας.*	I 8 *Galliae super memoriam Vindicis obligatae recenti dono Romanae civitatis et in posterum tributi levamento.* I 51 *Gallorum . . . qui remissam sibi a Galba quartam tributorum partem et publice donatos . . . iactabant.*

---

[1]) Alium illum Plutarchi fontem eundem quo usus esset Tacitus fuisse nihil est causae quod neges. Quibus enim rebus Tigellinus Vinii gratiam sibi conciliaverit, de iis Fabiae p. 100 assentior, et filiam Vinii servatam et ipsum pecunia corruptum censenti; aliter Groag p. 749, sed iniuria. Apud Plutarchum quoque in eodem capite Crispinae mentionem fieri notandum est.

[2]) Cfr. Suet. G. 14 *quamquam multa documenta egregii principis daret; sed nequaquam tam grata erant, quam invisa quae secus fierent.*

Hic Plutarchus vel propter Vinii mentionem non a Tacito pendet[1]); fontemque communem sine fraude Taciti assumere licet. Cfr. P. G. 22, v. 5 sqq.

9—15 *Ἐπεὶ δὲ μεμφομένους ἀκούσας ἀφῆκε φωνὴν ἡγεμόνι μεγάλῳ πρέπουσαν, εἰπὼν εἰωθέναι καταλέγειν στρατιώτας, οὐκ ἀγοράζειν, πυθομένοις τοῦτο δεινὸν εἰσῆλθε μῖσος καὶ ἄγριον πρὸς αὐτόν. Ἐδόκει γὰρ οὐκ αὐτὸς ἀποστερεῖν μόνος, ἀλλὰ νομοθετεῖν καὶ διδάσκειν τοὺς μεθ' αὐτὸν αὐτοκράτορας*[2]).	I 5 *Accessit Galbae vox pro re publica honesta, ipsi anceps, legi a se militem, non emi; nec enim ad hanc formam cetera erant.*

Plutarchi fontem principalem non fuisse Tacitum liquet. Nam *εἰωθέναι*, cui respondet *consuesse* Suetonii, non reperitur apud Tacitum; tum quod Plutarchus et Suetonius per activa dicunt, id Tacitus per passiva *(legi, emi)*; porro Plutarchi *πυθομένοις* — *αὐτόν* cum Suetonii *atque* — *exacerbavit*[3]) congruunt. Neque est obliviscendum dicterium illud esse Galbae ipsius, non scriptoris alicuius; potuit igitur sine dedecore Tacitus id ad verbum transscribere[4]). Sed etsi sic se res habet, nihil tamen obstat, quo minus *φωνὴν*

---

[1]) Cfr. etiam Fabia p. 101.

[2]) Cfr. Suet. G. 16 *subinde iactavit, legere se militem, non emere consuesse; atque eo quidem nomine omnis, qui ubique erant, exacerbavit.*

[3]) Quibus nescio an respondeat apud Tacitum *ipsi anceps.* Cfr. Fabia p. 101, 308.

[4]) Quod non videtur perpendisse Boissier, Journal des Savants, a. 1895, p. 413.

ἡγεμόνι μεγάλῳ πρέπουσαν e Tacito in narrationem Plutarchi irrepserit; simillimum est enim *vox pro re publica honesta.*

In iis, quae in eodem capite sequuntur, vix est communitas Plutarcho cum Tacito [1]; excepto hoc:

23—26 *Αὐτὸν δὲ τὸν Φλάκκον ὑπὸ συντόνου ποδάγρας ἀδύνατον ὄντα τῷ σώματι καὶ πραγμάτων ἄπειρον ἐν οὐδενὶ λόγῳ τὸ παράπαν ἐποιοῦντο.*	I 9 *Superior exercitus legatum Hordeonium Flaccum spernebat, senecta ac debilitate pedum invalidum, sine constantia, sine auctoritate.*

Mores Flacci Plutarchus ex Tacito in suam narrationem inserere facile potuit; neque modica est congruentia.

P. G. c. 19, 1—6 (*Τοιαῦτα* — *ἀρχῆς*). Haec Plutarchum e fonte communi sumpsisse in Excursu demonstrabitur.

P. G. c. 19,6 — c. 20,6.

---

[1]) Fabia p. 102 et Groag p. 747 Tacito repugnare docuerunt Plutarchi *μηδενὸς δὲ τυγχάνοντες* v. 22 sq.: cfr. Hist. I 51. Equidem errorem Plutarchi ex eo fontis communis loco ortum esse crediderim, quem ad verbum transscripsit Suet. G. 16 *sed maxime fremebat superioris Germaniae exercitus, fraudari se praemis navatae adversus Gallos et Vindicem operae.* — Inter *μεγάλων μὲν ἀξιοῦντες αὑτοὺς διὰ τὴν μάχην, ἣν ἐμαχέσαντο πρὸς Οὐίνδικα* v. 21 sq. et *superbia recentis victoriae* Tac. I 8 non est ea similitudo, quae cognationem indicet. Woelfflino Comp. p. 34 non assentior. — Extremam Plutarchi narratiunculam v. 26—30 male intellexit Lezius p. 16, *τὴν θέαν* cum sacramento Kal. Ian. adacto confundens. Cfr. Hardy ad *θέας.*

Cfr. Tac. Hist. I 13, v. 12—18; Suet. Oth. c. 2—3; Dion. Cass. LXI 11,2; Tac. Ann. XIII 45 sq.

De Othonis adulescentia eiusque cum Nerone amicitia, de nuptiis Poppaeae, de Othonis in Lusitaniam legatione quae auctores prodiderunt [1]), longius omnia persequi nolui, quia iam pridem inter omnes constat communem fontem a Tacito in Historiis et a Plutarcho adhibitum esse [2]); quod vel apud Lezium in confesso est p. 19 sqq. Ex eodem fonte quin Suetonius et Dio Cassius sua hauserint, nemo est qui dubitet; aliunde pendere Annales Taciti luce clarius est [3]). Nec minus apertum est non ad verbum Tacitum in Historiis fontem suum exscripsisse.

Acta Othonis vita quod in eodem contextu a Plutarcho et in Historiis a Tacito exponitur, inde non est Baiero auctore p. 17 concludendum eundem ordinem fuisse fontis communis. Namque annalium more in annum 58 hoc rettulisse auctorem communem e comparatione Dionis efficitur. Sic etiam Fabia, l'Ad. p. 16 adn. 4; Groag p. 774 adn. 4. Non est igitur cognationis index haec Plutarchi cum Tacito congruen-

---

[1]) De quibus cfr. Fabia, Sources p. 11 sqq., 390 sq., 133; l'Adultère de Néron et de Poppée, Revue de philologie, a. 1896, p. 12 sqq.; Mommsen p. 323 adn. 5.

[2]) Cfr. Fabia p. 13: »En somme, dans tout ce passage, la plus grande abondance de P. démontre qu'il n'a pas eu T. pour source, mais certains mots de T., pleins de sous-entendus, nous révèlent qu'il n'ignorait aucun des détails omis par lui et donnés par P.; c'est-à-dire qu'il y a communauté de source.»

[3]) Gerckio, qui multus est in narratione Annalium ab eodem illo auctore repetenda, miror hoc non apparere (vid. Seneca-Studien, Fleckeisens Jahrbücher, a. 1896, p. 231 sqq.).

tia; utrumque, cum de Galbae adoptandi consilio ageret, par erat primum Othonis facere mentionem.

Unum addo, e loco Plutarchi satis neglecto nomen elici posse communis illius auctoris. Senecae enim dicit ope Plutarchus Othonem conservatum esse: c. 19 extr. *ἐκινδύνευσεν οὖν ὁ Ὄθων ἀποθανεῖν· καὶ παράλογον ἦν, ὅτι τὴν γυναῖκα καὶ ἀδελφὴν ἀποκτείνας διὰ τὸν Ποππαίας γάμον ἐφείσατο τοῦ Ὄθωνος.* C. 20 in. *Σενέκαν δὲ εἶχεν εὔνουν· κἀκείνου τὸν Νέρωνα πείσαντος καὶ παραινέσαντος ἐξεπέμφθη Λυσιτανῶν στρατηγὸς ἐπὶ τὸν Ὠκεανόν.* Iam si conferimus hunc locum cum Tac. Ann. XIII 20 *Fabius Rusticus auctor est . . . ope Senecae dignationem Burro retentam: Plinius et Cluvius nihil dubitatum de fide praefecti referunt; sane Fabius inclinat ad laudes Senecae, cuius amicitia floruit,* intellegi licet Rusticum a Tacito non semel deprehensum esse Senecae in ope praedicanda. Ergo fons communis hac in parte est Fabius Rusticus. Hoc adhuc unus conclusit Groag p. 791 et ille quidem dubitanter [1]); mihi pauca videntur aeque certa in iis rebus, quae de antiquitatis litteris vulgo adfirmantur. Verum in principatu Neronis Rusticum haec tradidisse tenendum est, quod modo demonstravi; utrum etiam de annis 68 et 69 Plutarcho auctor fuerit necne, hic non quaero.

P. G. c. 20, 6—27.

6—7 *Ἀποστάντος δὲ Γάλβα πρῶτος αὐτὸς προσεχώρησε τῶν ἡγεμόνων* [2]),	I 13 *primus in partes transgressus.*

---

[1]) Fabia, Gercke. omnes fere nunc alii Plinium etiam hoc loco fontem et Plutarchi et Historiarum censent fuisse.

[2]) Cfr. Suet. O. 4 *conatibus Galbae primus accessit.*

7—19 καὶ φέρων ὅσον εἶχεν ἐν ἐκπώμασι καὶ τραπέζαις ἄργυρον καὶ χρυσὸν ἔδωκε κατακόψαι ποιουμένῳ νόμισμα, καὶ τῶν οἰκετῶν ἐδωρήσατο τοὺς εἰθισμένους περὶ δίαιταν ἡγεμόνι ἐμμελῶς ὑπουργεῖν. Καὶ τὰ ἄλλα πιστὸς ἦν αὐτῷ, καὶ διδοὺς πεῖραν οὐδενὸς ἧττον ἐδόκει πραγμάτων ἔμπειρος εἶναι· καὶ βαδίζοντι τὴν ὁδὸν ἅπασαν ἐφ' ἡμέρας πολλὰς συνοχούμενος διετέλεσεν. Ἐν δὲ τῇ συνοδίᾳ καὶ τῇ συνηθείᾳ τὸν Οὐίνιον ἐξεθεράπευσεν ὁμιλίᾳ καὶ δώροις, μάλιστα δὲ τῶν πρωτείων ὑφιέμενος αὐτῷ τό γε μετ' ἐκεῖνον δύνασθαι δι' ἐκεῖνον εἶχε βεβαίως. Τῷ δὲ ἀνεπιφθόνῳ περιῆν, προῖκα συμπράττων πάντα τοῖς δεομένοις, καὶ παρέχων ἑαυτὸν εὐπροσήγορον καὶ φιλάνθρωπον ἅπασι.

nec segnis et, donec bellum fuit, inter praesentes splendidissimus.

19—24 Πλεῖστα δὲ τοῖς στρατιωτικοῖς συνελάμβανε καὶ προῆγε πολλοὺς ἐφ' ἡγεμονίας, τὰ μὲν αἰτούμενος ἀπὸ τοῦ αὐτοκράτορος, τὰ δὲ τὸν Οὐίνιον καὶ τοὺς ἀπελευθέρους παρακαλῶν Ἴκελον καὶ Ἀσιατικόν[1]· οὗτοι γὰρ ἦσαν ἐν δυνάμει μάλιστα τῶν περὶ τὴν αὐλήν[2].

I 23 *studia militum iam pridem spe successionis aut paratu facinoris adfectaverat, in itinere, in agmine, in stationibus . . . quosdam requirere et pecunia aut gratia iuvare.*

24—27 Ὁσάκις δὲ τὸν Γάλβαν εἱστία, τὴν παραφυλάττουσαν

I 24 *Maevius Pudens . . . eo paulatim progressus est, ut per*

---

[1]) De hoc nomine cfr. Fabia p. 14 adn. 1 et Tac. II 95 *misera civitas, eodem anno Othonem, Vitellium passa, inter Vinios Fabios Icelos Asiaticos . . .*

[2]) Cfr. S. l. l. *Nullo igitur officii aut ambitionis in quemquam genere omisso . . . nec minus alium alia via militum demerebatur.*

ἀεὶ σπεῖραν ἐδέκαζε χρυσοῦν ἑκάστῳ διανέμων, οἷς τιμᾶν αὐτὸν ἐδόκει καταπολιτευόμενος καὶ δημαγωγῶν τὸ στρατιωτικόν[1]).

speciem convivii, quotiens Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agenti viritim centenos nummos divideret; quam velut publicam largitionem e. q. s.

Communem hic fontem adhibitum esse perspicuum est.

6—7. Satis inter se similes Plutarchus, Tacitus, Suetonius. Verum aliter rem enuntiari vix potuisse recte dicit Groag[2]).

7—24. Tacitum quamvis breviorem eadem significare, quae fusius expressit Plutarchus, quis non videt?[3])

24—27. Ne hanc quidem narratiunculam, in qua inter se tres illi scriptores ad verbum fere concinunt, a Tacito sumpsisse Plutarchum inde intellegi oportet, quod huius *χρυσοῦν* Suetonii verbo *aureos* respondet[4]). Tacitus aureum *centenis nummis* permutavit. Sed haec quoque difficile erat aliis verbis efferre.

---

[1]) Cfr. S. l. l. *quotiens caena principem acciperet, aureos excubanti cohorti viritim dividebat.*

[2]) P. 767 adn. 3: »ein auf andere Weise kaum auszudrückendes Faktum«. — Nimis argute Fabia p. 148 sq. Plutarchum Suetonio similiorem quam Tacito docet, quod nomen Galbae apud Tacitum post *partes* desideretur. Maioris paulo haud scio an sit momenti Plutarchi *προσεχώρησε* ad Suetonii *accessit* quam ad Taciti *transgressus* propius accedere.

[3]) Cfr. Fabia p. 13 sq. — Minus feliciter Lezius p. 23.

[4]) Haec Suetonii cum Plutarcho similitudo non est animadversa. Qua quae dicunt Lezius p. 23 et Lange adn. 63 tolluntur. Fabia p. 14, ut fontem communem subesse demonstret, adfert incertum illud argumentum suum de dispositione scriptorum ductum.

P. G. c. 21.

1—2 *Ἀλλ' οὖν βουλευομένου γε τοῦ Γάλβα περὶ διαδόχου τὸν Ὄθωνα παρεισῆγεν ὁ Οὐίνιος,*

I 13 *Vinius pro M. Othone . . . Neque erat Galbae ignota Othonis ac Titi Vinii amicitia;* I 12 *Galbae, iam pridem de adoptione . . . cum proximis agitantis.*

2—5 *οὐδὲ τοῦτο προῖκα πράσσων, ἀλλ' ἐπὶ γάμῳ τῆς θυγατρός, ὁμολογίας γενομένης γαμεῖν αὐτὴν τὸν Ὄθωνα παῖδα τοῦ Γάλβα καὶ διάδοχον ἀποδειχθέντα τῆς ἡγεμονίας.*

I 13 *et rumoribus nihil silentio transmittentium, quia Vinio vidua filia, caelebs Otho, gener ac socer destinabantur.*

5—8 *Ὁ δὲ Γάλβας ἀεὶ μὲν ἦν δῆλος πρὸ τοῦ ἰδίου τὸ κοινὸν τιθέμενος καὶ ζητῶν οὐχ αὑτῷ θέσθαι τὸν ἥδιστον, ἀλλὰ Ῥωμαίοις τὸν ὠφελιμώτατον.*

I 13 *Credo et rei publicae curam subisse, frustra a Nerone translatae, si apud Othonem relinqueretur.*

8—11 *Δοκεῖ δὲ μηδ' ἂν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις χρήμασι μόνον ἑλέσθαι τὸν Ὄθωνα κληρονόμον, ἀκόλαστον εἰδὼς καὶ πολυτελῆ καὶ πεντακισχιλίων μυριάδων ὀφλήμασι βεβαπτισμένον*[1]*.*

I 21 *luxuria etiam principi onerosa, inopia vix privato toleranda.*

11—12 *Ὅθεν ἀκούσας τοῦ Οὐινίου σιωπῇ καὶ πρᾴως ὑπερέθετο τὴν διάθεσιν.*

13—14 *Ἀποδείξας δ' αὑτὸν ὕπατον καὶ συνάρχοντα τὸν Οὐίνιον ἐπίδοξος ἦν ἔτους ἀρχῇ τὸν διάδοχον ἀναγορεύσειν.*

14—16 *Καὶ τὸ στρατιωτικὸν ἡδέως εἶχε τὸν Ὄθωνα παρ' ὁντινοῦν ἄλλον ἀναγορευθῆναι.*

I 13 *spem adoptionis statim conceptam acrius in dies rapiebat, faventibus plerisque militum.*

---

[1]) Cfr. Suet. O. 5 *magnitudine aeris alieni.*

V. 1—2 e fonte communi fluxerunt. Cohaerent enim cum v. 11—12, ὅθεν — διάθεσιν; et de his quidem etiam Lezius p. 26: »hoc neque Tacitus commemorat, neque ullus auctor excogitare potuit». Tacitus autem, quamquam non aperte dicit Galbam fine anni 68 a Vinio aditum esse, id tamen denotat I 12.

V. 2—5 et 5—8 e Tacito pendere veri simile est. Hoc enim alium auctorem scripsisse propter *credo* Taciti difficile est cogitare [1]; et illud apud Tacitum in earundem est rerum contextu. Nam quod Plutarchus certior est Tacito et condicionem addit, in eo non nimis est haerendum. Cfr. Praefatio.

8—11. Haec non ex Tacito hausta esse manifestum est.

11—12. Cfr. ad v. 1—2.

13—14. Haec, quae vertente anno 68 fiunt [2], non e Tacito fluxisse constat.

V. 14—16 a quolibet historico Plutarchus sumere potuit.

P. G. c. 22.

1—2 *Καταλαμβάνει δ' αὐτὸν ἔτι μέλλοντα καὶ βουλευόμενον ἐκραγέντα τὰ Γερμανικά.*	I 12 *Paucis post kalendas Ianuarias diebus Pompei Propinqui procuratoris a Belgica litterae ad-*

[1]) Hunc Taciti locum (I 13 *credo et rei publicae curam* e. q. s.) a Plutarcho alienum esse cur Lezius p. 25 adn. 2 contenderit, non intellego. Nam hic locus apud Plutarchum in eadem plane verborum serie deprehenditur. Alienior est a Plutarcho locus, quem Lezius adfert, Tac. I 15 *Augustus in domo successorem quaesivit, ego in re publica.*

[2]) Ἀποδεῖξαι designationem declarat; cfr. Viereck, Sermo Graecus, titul. 5,1, 9,3; V. Nordstroem, De institutorum Romanorum vocabulis Dionysii Halicarnassensis quaestiones, diss. Helsingforsiae a. 1890, p. 24. Itaque hic locus cum Tac. I 11 *Servius Galba iterum Titus Vinius consules incohavere annum* non est componendus.

feruntur, superioris Germaniae legiones rupta sacramenti reverentia imperatorem alium flagitare et senatui ac populo Romano arbitrium eligendi permittere, quo seditio mollius acciperetur. Maturavit ea res consilium Galbae, iam pridem de adoptione secum et cum proximis agitantis.

His Plutarchus quae c. 19, 1—3 exposuit non repetit, licet id doceat Lezius p. 27 omnibus consentientibus, sed novum significat nuntium, et eundem quidem, de quo plura legimus apud Tacitum I 12. Qui locus tantum cum G. 22, 1—2 et 23, 1—3 conferendus est, non, quod vulgo fit, cum 19, 1—3. Huius rei argumenta adferam in Excursu I, unde etiam apparebit Tacitum a Plutarcho hic esse expressum.

2—10 *Κοινῇ γὰρ ἅπαντες οἱ στρατευόμενοι τὸν Γάλβαν ἐμίσουν οὐκ ἀποδιδόντα τὴν δωρεάν, ἰδίας δὲ ἐκεῖνοι προφασεις ἐποιοῦντο*[1])	
Οὐεργίνιόν τε Ῥοῦφον ἀπερριμμένον ἀτίμως	I 8 *abducto Verginio per simulationem amicitiae; quem non remitti atque etiam reum esse tamquam suum crimen accipiebant.*
καὶ Γαλατῶν τοὺς πολεμήσαντας αὐτοῖς δωρεῶν τυγχάνοντας,	I 51 *contumacia Gallorum irritati, qui remissam sibi a Galba quartam tributorum partem et publice donatos in ignominiam exercitus iactabant.*

[1]) Cfr. Suet. G. 16 *atque eo quidem nomine omnis, qui ubique erant, exacerbavit . . . Sed maxime fremebat superioris Germaniae exercitus* e. q. s.

ὅσοι δὲ μὴ προσέθεντο Οὐίνδικι κολαζομένους, ᾧ μόνῳ τὸν Γάλβαν χάριν εἰδέναι καὶ τιμᾶν τεθνηκότα καὶ γεραίρειν δημοσίοις ἐναγισμοῖς, ὡς ὑπ' ἐκείνου Ῥωμαίων ἀποδεδειγμένον αὐτοκράτορα.

(Multo fusius T. I 53 sq.)

Plutarchus ut iram exercituum Germanicorum causasque eius, de quibus iam G. 18 exposuerat, bis commemoraret, eo factum est, quod in G. 22 init. auctorem principalem mutavit. Haec enim iis respondent, quae Tacitus I 51 sqq. seditioni Germanicae praemittit; quamquam Plutarchus non ipsis Taciti verbis utitur, sed quicquid meminit, huc infulcit[1]. Iam quae de inferiis Vindici factis loquitur, adeo a vero abhorrent[2], ut e *super memoriam Vindicis* I 8 perperam intellectis orta coniciam.

10—11 *Τοιούτων ἀναφανδὸν ἤδη λόγων ἐν τῷ στρατοπέδῳ περιφερομένων*

11—17 *ἐπῆλθεν ἡ νουμηνία τοῦ πρώτου μηνός, ἣν καλάνδας Ἰανουαρίας καλοῦσι· τοῦ δὲ Φλάκκου συναγαγόντος αὐτοὺς ἐπὶ τὸν ὅρκον, ὃν ἔθος ἐστὶν ὀμνύειν ὑπὲρ τοῦ αὐτοκράτορος, τὰς μὲν εἰκόνας τοῦ Γάλβα προσελθόντες ἀνέτρεψαν καὶ κατέσπασαν,*

I 55 *At in superiore exercitu quarta et duetvicensima legiones, iisdem hibernis tendentes, ipso kalendarum Ianuariarum die dirumpunt imagines Galbae, quarta legio promptius, duetvicensima cunctanter, mox consensu.*

(Cfr. praeterea I 55 *Inferioris tamen Germaniae legiones sollemni*

---

[1] Si quicquam, haec est iunctura; de Petero G. L. p. 275 dicam infra p. 153 adn. 1.

[2] Cfr. Hardy p. 172 sq. Iis, quae milites dicentes faceret, coloris plus inducere licuisse Plutarcho monet Lezius p. 29.

kalendarum Ianuariarum sacramento pro Galba adactae.)

αὐτοὶ δὲ ὀμόσαντες ὑπὲρ συγκλήτου καὶ δήμου Ῥωμαίων διελύθησαν[1]).

Ac ne reverentiam imperii exuere viderentur, senatus populique Romani oblitterata iam nomina sacramento advocabant,

17—19 *Εἶτα τοῖς ἡγεμονικοῖς παρίστατο δεδοικέναι τὴν ἀναρχίαν ὡς ἀπόστασιν.*

nullo legatorum tribunorumve pro Galba nitente, quibusdam, ut in tumultu, notabilius turbantibus.

Λέγει δέ τις ἐν αὐτοῖς·

Non tamen quisquam in modum contionis aut suggestu locutus; neque enim erat adhuc cui imputaretur.

19 – 22 *„Τί πάσχομεν, ὦ συστρατιῶται, μήτ' ἄλλον ἡγεμόνα ποιούμενοι μήτε τὸν νῦν ὄντα φυλάττοντες, ὥσπερ οὐ Γάλβαν, ἀλλ' ὅλως ἄρχοντα καὶ τὸ ἄρχεσθαι φεύγοντες;*

22—23 *Φλάκκον μὲν οὖν Ὁρδεώνιον οὐδὲν ἄλλο ἢ σκιὰν ὄντα Γάλβα καὶ εἴδωλον ἐατέον,*

I 56 *Spectator flagitii Hordeonius Flaccus consularis legatus aderat, non compescere ruentes, non retinere dubios, non cohortari bonos ausus, sed segnis, pavidus et socordia innocens.*

24—25 *ἡμέρας δὲ μιᾶς ὁδὸν ἀφέστηκεν ἡμῶν Οὐϊτέλλιος, ὁ τῆς ἑτέρας Γερμανίας ἡγούμενος,*

25—27 *πατρός τε τιμητοῦ καὶ τρὶς ὑπάτου γενομένου καὶ Κλαυδίῳ Καίσαρι τρόπον τινὰ συνάρξαντος,*

I 52 *Vitellio tres patris consulatus, censuram, collegium Caesaris et inponere iam pridem imperatoris dignationem et* e. q. s.

---

[1]) Cfr. Suet. G. 16 *Ergo* (superioris Germaniae milites) *primi obsequium rumpere ausi, kal. Ian. adigi sacramento nisi in nomen senatus recusarunt.*

27—29 *αὐτός τε τὴν λοιδορουμένην ὑπ' ἐνίων πενίαν δεῖγμα λαμπρὸν ἔχων χρηστότητος καὶ μεγαλοφροσύνης.*

Cfr. II 59 *vetere egestate conspicuus.*

29—31 *Φέρε, τοῦτον ἑλόμενοι δείξωμεν ἀνθρώποις πᾶσιν, ὡς Ἰβήρων καὶ Λυσιτανῶν ἀμείνους ἐσμὲν αὐτοκράτορα αἱρεῖσθαι.*"[1])

31—32 *Ταῦτα τῶν μὲν ἤδη προσιεμένων, τῶν δ' οὐ προσιεμένων,*

I 56 *Quattuor centuriones duetvicensimae legionis, Nonius Receptus, Donatius Valens, Romilius Marcellus, Calpurnius Repentinus, cum protegerent Galbae imagines, impetu militum abrepti vinctique. Nec cuiquam ultra fides aut memoria prioris sacramenti, sed quod in seditionibus accidit, unde plures erant, omnes fuere.*

32—34 *εἷς ὑπεξελθὼν σημαιοφόρος ἀπήγγειλε τῷ Οὐϊτελλίῳ νυκτὸς ἑστιωμένων πολλῶν παρ' αὐτῷ.*

Nocte, quae kalendas Ianuarias secuta est, in coloniam Agrippinensem aquilifer quartae legionis epulanti Vitellio nuntiat quartam et duetvicensimam legiones proiectis Galbae imaginibus in senatus ac populi Romani verba iurasse.

34—35 *Τοῦ δὲ λόγου διαπεσόντος εἰς τὰ στρατεύματα*

Id sacramentum inane visum: occupari nutantem fortunam et offerri principem placuit. Missi a Vitellio ad legiones legatosque, qui descivisse a Galba superiorem exercitum nuntiarent: proinde aut bellandum adversus desciscentes aut, si concordia et pax placeant, faciendum imperatorem: et minore

---

[1]) Cfr. Suet. G. 16 *displicere imperatorem in Hispania factum.*

discrimine sumi principem quam quaeri.

35—37 *πρῶτος Φάβιος Οὐάλης, ἡγεμὼν ἑνὸς τάγματος, τῇ ὑστεραίᾳ μετὰ ἱππέων συχνῶν ἐλάσας αὐτοκράτορα τὸν Οὐϊτέλλιον προσεῖπεν.*

I 57 *Proxima legionis primae hiberna erant et promptissimus e legatis Fabius Valens. Is die proximo coloniam Agrippinensem cum equitibus legionis auxiliariorumque ingressus imperatorem Vitellium consalutavit.*

37—39 *Ὁ δὲ τὰς μὲν ἔμπροσθεν ἡμέρας ἐδόκει διωθεῖσθαι καὶ ἀναδύεσθαι τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς φοβούμενος,*

I 52 *Quatiebatur his segne ingenium, ut concupisceret magis quam ut speraret.*

39—42 *τότε δέ φασιν οἴνου διάπλεων καὶ τροφῆς ὄντα μεσημβρινῆς προελθεῖν καὶ ὑπακοῦσαι Γερμανικὸν ὄνομα θεμένων αὐτῷ, τὸ δὲ Καίσαρος οὐ προσδεξάμενον*[1]*.*

I 62 *Torpebat Vitellius et fortunam principatus inerti luxu ac prodigis epulis praesumebat, medio diei temulentus et sagina gravis . . . nomine Germanici Vitellio statim addito: Caesarem se appellari etiam victor prohibuit.*

42—45 *Εὐθὺς δὲ καὶ τὸ μετὰ Φλάκκου στράτευμα τοὺς καλοὺς ἐκείνους καὶ δημοκρατικοὺς εἰς σύγκλητον ὅρκους ἀφέντες ὤμοσαν Οὐϊτελλίῳ τῷ αὐτοκράτορι ποιήσειν τὸ προστασσόμενον*[2]*.*

I 57 *et superior exercitus, speciosis senatus populique Romani nominibus relictis, tertium nonas Ianuarias Vitellio accessit.*

Haec omnia quin Plutarchus a Tacito traxerit, equidem non dubito. Toto enim capite summa pertinet consensio cum in rebus eligendis et disponendis

---

[1]) Cfr. Suet. Vit. 8 *cognomen Germanici delatum ab universis cupide recepit, Augusti distulit, Caesaris in perpetuum recusavit.*

[2]) Cfr. Suet. Vit. 8 *Consentiente deinde etiam superioris provinciae exercitu, qui prius a Galba ad senatum defecerat.*

tum in singulis verbis [1]). Et Plutarchus quidem nihil praebet, quod non exstet apud Tacitum. Summa illius capitibus Historiarum I 55—57 respondet; reliqua in I 62 et I 52 leguntur. Neque in capitibus Taciti I 55—57, 8 quicquam esse, quod non Plutarchus narret aut certe significet, patet e comparatione. Ita fit ut, si dederis subesse fontem communem, ex eo uno omnia sua exscripsisse Tacitum necesse sit [2]). Quod eo minus probabile est, quo dissimiliorem Suetonium hoc loco reperimus Tacito quam Plutarchum. Quod autem Plutarchus Tacito de contione habita repugnat, tantum abest ut alius sit fontis vestigium, ut diligentius inspicientibus haud spernendum nostrae sententiae argumentum esse videatur. Vid. ad v. 17—19.

Iam de singulis locis agamus.

10—11. His »quae exposita erant iterum comprehenduntur» (Lezius).

V. 11—17 ex duobus illis Taciti locis contexuit Plutarchus, verbum e verbo exprimens. Insignis inter

---

[1]) Groagium p. 747 sq. hunc consensum conspirantem miror non videre; nam ne ex communi quidem fonte haec hausta arbitratur: »Die Übereinstimmung erstreckt sich fast nur auf die Erzählung gleicher Thatsachen, die in keiner Darstellung gemangelt haben werden». Vix quisquam, qui hos locos diligenter comparaverit, ei assentietur. Si hic non sunt cognati Plutarchus et Tacitus, nusquam sunt, et tollitur tota haec quae de similitudinibus eorum habetur quaestio.

[2]) Fallitur Groag p. 747, quatenus ad Tac. I 55—57, 8 haec spectant: »Wir empfangen vielmehr den Eindruck, dass auch die entsprechende Partie der gemeinsamen Quelle ziemlich dürftig ausgefallen ist, dass also T. für einen grossen Teil seiner Mitteilungen andere Relationen zu Rate zog» e. q. s.; nisi quis forte de aquilifero nuntio (I 56, 10 sqq.) communem, de eius legionis numero alium fontem adhibuisse Tacitum vult.

Taciti *sollemni* et Plutarchi ὃν ἔθος ἐστὶν ὀμνύειν similitudo est.

17—19. Singulae Plutarchi voces singulis Taciti respondent: ἡγεμονικοῖς, *legatorum tribunorumve*; λέγει, *locutus*. Sed verba cum eadem sint, sententia prorsus est diversa; quod Plutarchus ait, id negat Tacitus. Qua in repugnantia diiudicanda primum tenendum est intellegi vix posse, quid sibi velint illa Plutarchi παρίστατο — ἀπόστασιν [1]). Nugae sunt, ex Tacito neglegenter reddito ortae: ἀπόστασιν est *nullo pro Galba*; ἀναρχίαν *in tumultu*, cfr. etiam I 57 *scires illum priore biduo non penes rem publicam fuisse.* Iam in λέγει idem valet. Plutarchus, qua erat incuria, cum *in modum contionis* Taciti videret, contionandi cupiditati non resistens oratiunculam more illo historicorum antiquorum inseruit a sese fictam [2]). Quae explicatio eo confirmari videtur, quod in ipsa oratione loci de Tacito translati reperiuntur (vid. infra). Neque Plutarcho iniqui sumus, si eum loquentes induxisse cogitamus ubi nullam orationem habitam esse constaret, cum Tacitum ipsum eiusdem insimulare peccati non dubitent viri docti [3]). Et ab alia explana-

---

[1]) Hunc tumultum (τὴν ἀναρχίαν) non solitam immodestiam, sed apertam defectionem (ἀπόστασιν) ductoribus videri frigide fingit Plutarchus. Non bene Hardy ad l. l.

[2]) Etiam iis, quae Tacitus I 52 loquentem facit Valentem, Plutarchus ad confingendam orationem commoveri potuit. Inde certe orta sunt illa de honoribus L. Vitellii simillima. Vid. infra et cfr. Lezius p. 32 sq. — Hardy adfert I 53 init. (de Caecina): »In giving however an imaginary illustration of his powers of persuasion, Plutarch has fallen into a slight inaccuracy».

[3]) Vid. de oratione Othonis, quae Hist. I 37 sq. legitur, Fabia p. 267; Macé, Essai sur Suétone, Parisiis a. 1900, p. 206 sq. Cfr.

tione abhorret mira illa verborum dispositionisque similitudo. Nam Groag quod p. 748 Tacitum hoc loco auctori communi obloqui arbitratur, et Plutarcho, de cuius diligentia dictum est in Praefatione, nimium auctoritatis tribuit neque considerat, quanta in orationibus fingendis libertate usi sint veteres rerum scriptores.

19—22. Haec, quae cum ἀναρχίᾳ illa cohaerent, nullius sunt momenti.

22—23. Haec ex eo Taciti loco, qui in earundem fere sententiarum serie reperitur [1]), orta esse possunt, quamquam nimia haec non est similitudo.

24—25. Hoc ipse facile colligere potuit Plutarchus. Cfr. Lezius.

V. 25—27 quam mire cum iis consentiant, quae in eodem rerum contextu sunt apud Tacitum [2]), intellegetur, si cum reliquis locis, ubi de patre Vitellii agitur, collata erunt. Multo enim dissimiliora sunt Tac. I 9 *censoris Vitellii ac ter consulis filius*; Suet. Vit. 7 *ter consulis filium* [3]).

---

etiam Peter p. 13: »[Plut. Coriol.] Cap. 10 giebt er eine ganze Rede des Coriolan, die Dion. VI 94 nur als gehalten erwähnt«.

1) H. e. I 56. Lezius comparat I 9, qui tamen locus minus similis est.

2) Cfr. supra (p. 27 adn. 2).

3) Id non videt Groag p. 748 adn. 4. — Fabia p. 18 communis fontis indicium esse censet, quod Plutarchus solus Claudium Caesarem nominat. Sed hoc nihil refert, quia L. Vitellii cum Claudio amicitia notissima fuit: cfr. Tac. Ann. XIV 56. — Non est absurdum quod videtur Lezio p. 32 et Woelfflino Comp. p. 39, Plutarchum τρόπον τινά addidisse, quia *collegium Caesaris* falso tertium quoddam munus interpretaretur. Nam quod L. Vitellium curam imperii sustinuisse absente Claudio expeditione Britannica

27—29. Ex Tac. II 59, qui locus Lezium p. 33 fugit, ducta haec esse non contendo, quia necesse est etiam aliunde Vitellii inopiam compertam habuisse Plutarchum, ut qui vitam eius composuerit (cfr. O. 18).

29—31. Clausulam orationis cum scriberet, Plutarchus fortasse locum alius fontis recordatus est, cuius vestigium etiam apud Suetonium reperitur.

31—32. Haec derivata esse ex iis, quae in eiusdem plane narrationis complexu habet Tacitus, intellegi debet. Nam quae occurrit parva discrepantia (*unde plures erant, omnes fuere* Plutarcheis τῶν δ' οὐ προσιεμένων repugnare videtur), ea inde exstitit, quod Plutarchus a ficta oratione ad vera transire vult [1]).

V. 32—34 ex Tacito totidem fere verbis vertit Plutarchus.

34—35. His paulo neglegentius comprehenduntur quae late diligenterque enarravit Tacitus.

35—37. A Tacito ad verbum fere expresso.

37—39. Sic Plutarchus liberius reddidit quae I 52 sq. de Vitellio a Valente instigato exstant [2]).

39—42. Plutarchus cum depingere gestiret, quo modo gravissimo illo temporis momento se gessisset Vitellius, neque apud Tacitum hoc loco quicquam de illo ipso inveniret, quae in alius sermonis contextu I 62 Tacitus tradiderat huc transtulit. Nam ex Tacito haec

---

(Suet. Vit. 2) adnotat Hardy p. 177, id in animo habuisse Plutarchum propter nimiam Taciti similitudinem negandum est.

[1]) Contionem illam cum ementiretur, etiam in alium incidit errorem, a superioris exercitus ductoribus impulsum esse Vitellium ad principatum occupandum, cum apud Tacitum se ipse principem offerret. Falso igitur huic diversitati instat Groag p. 747.

[2]) Lezius p. 35 sq. de hoc loco nimis laborat.

manasse argumento est cum summa verborum similitudo, quae apud Suetonium non reperitur, tum quod hoc loco utrobique coniunctae sunt res duae, helluatio et cognomina [1]). Et priorem quidem harum non recte a Plutarcho huc insertam esse perspicitur e Suetonio, qui Vit. c. 8 vesperi consalutationem factam narrat, non medio diei; itaque haud sine causa Plutarchus consideratum illud *φασίν* adiecit. Tum Germanici nomen Suetonius auctor est postquam superior exercitus ei accessisset a Vitellio receptum esse, non, sicut scribit Plutarchus, ante [2]).

42—45. An Plutarchus Tacitum inspexerit, acerrimis quoque communis fontis propugnatoribus hic locus dubitationem adferat necesse est [3]).

P. G. c. 23.

1—3 *Οὕτω μὲν ἀνηγορεύθη Οὐϊτέλλιος αὐτοκράτωρ ἐν Γερμανίᾳ. Πυθόμενος δὲ τὸν ἐκεῖ νεωτερισμὸν ὁ Γάλβας οὐκέτι τὴν εἰσποίησιν ἀνεβάλλετο.*	I 14 *Sed Galba post nuntios Germanicae seditionis, quamquam nihil adhuc de Vitellio certum, anxius quonam exercituum vis erumperet, ne urbano quidem militi confisus, quod remedium unicum rebatur, comitia imperii transigit;* cfr. I 12 *maturavit ea res consilium Galbae.*
3—4 *Γινώσκων δὲ τῶν φίλων ἐνίους μὲν ὑπὲρ Δολοβέλλα,*	

---

[1]) Quibus de causis haec mihi coniectura certior etiam videtur quam Lezio p. 36 adn. 2. Cfr. Fabia p. 19, Groag p. 746 adn. 5.

[2]) *Statim* Taciti I 62, quod praeteriit Fabiam p. 19 adn. 1, nec cum Plutarcho nec cum Suetonio pugnat.

[3]) Etiam hoc loco Suetonium de re eadem aliis verbis uti notandum est.

4—6 *τοὺς δὲ πλείστους ὑπὲρ Ὄθωνος ἀρχαιρεσιάζοντας, ὧν οὐδέτερον ἐδοκίμαζεν αὐτός,*

I 14 *comitia imperii*, vid. supra.

6—9 *ἄφνω μηδὲν προειπὼν μετεπέμψατο Πείσωνα, Κράσσου καὶ Σκριβωνίας ἔκγονον, οὓς Νέρων ἀνῃρήκει, νεανίαν ἐν τῇ πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν εὐφυΐᾳ τὸ κόσμιον καὶ αὐστηρὸν ἐμφανέστατα ἔχοντα·* [1])

I 14 *pauca praefatus de sua senectute, Pisonem Licinianum arcessi iubet . . . Piso M. Crasso et Scribonia genitus, nobilis utrimque, vultu habituque moris antiqui, ex aestimatione recta severus, deterius interpretantibus tristior habebatur.*

9—17 *καὶ κατέβαινεν εἰς τὸ στρατόπεδον ἐκεῖνον ἀποδείξων Καίσαρα καὶ διαδοχον.*

I 17 *Consultatum inde, pro rostris an in senatu an in castris adoptio nuncuparetur. Iri in castra placuit . . .*

Καίτοι μεγάλαι μὲν εὐθὺς ἐξιόντι διοσημίαι παρηκολούθουν, ἀρξαμένου δὲ τὰ μὲν λέγειν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, τὰ δὲ ἀναγινώσκειν, τοσαυτάκις ἐβρόντησε καὶ κατήστραψε, καὶ τοσοῦτος ὄμβρος καὶ ζόφος ἐξεχύθη εἰς τὸ στρατοπεδον καὶ τὴν πόλιν,

I 18 *Quartum idus Ianuarias, foedum imbribus diem, tonitrua et fulgura et caelestes minae ultra solitum turbaverant. Observatum id antiquitus comitiis dirimendis non terruit Galbam quo minus in castra pergeret, contemptorem talium ut fortuitorum; seu quae fato manent, quamvis significata, non vitantur. Apud frequentem militum contionem imperatoria brevitate adoptari a se Pisonem exemplo divi Augusti et more militari, quo vir virum legeret, pronuntiat . . .*

ὡς καταδηλον εἶναι μὴ προσιέμενον μηδὲ ἐπαινοῦν τὸ δαιμόνιον

(reperio in oratione Othonis I 38 *vidistis, commilitones, notabili tem-*

---

[1]) Cfr. Suet. G. 17 *Pisonem Frugi Licinianum, nobilem egregiumque iuvenem ac sibi olim probatissimum testamentoque semper in bona et nomen adscitum, repente e media salutantium turba apprehendit*; Dio LXIV 5 *Λούκιον Πίσωνα, νεανίσκον εὐγενῆ, ἐπιεικῆ, φρόνιμον, ἐποιήσατο.*

γινομένην οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τὴν εἰσποίησιν[1]).

pestate etiam deos infaustam adoptionem aversantes)

17—19 *Ἦν δὲ καὶ τὰ τῶν στρατιωτῶν ὕπουλα καὶ σκυθρωπὰ μηδὲ τότε δωρεᾶς αὐτοῖς δοθείσης*[2]).

per ceteros maestitia ac silentium, tamquam usurpatam etiam in pace donativi necessitatem bello perdidissent.

19—22 *Τοῦ δὲ Πείσωνος οἱ παρόντες ἐθαύμασαν τῇ τε φωνῇ τεκμαιρόμενοι καὶ τῷ προσώπῳ τὸ τηλικαύτην χάριν ἀνεμπλήκτως, οὐ μὴν ἀναισθήτως δεχόμενον,*

I 17 *Pisonem ferunt statim intuentibus et mox coniectis in eum omnium oculis nullum turbati aut exsultantis animi motum prodidisse. Sermo erga patrem imperatoremque reverens, de se moderatus; nihil in vultu habituque mutatum, quasi imperare posset magis quam vellet.*

22—26 *ὥσπερ αὖ τοῦ Ὄθωνος ἐπεφαίνετο πολλὰ σημεῖα τῇ μορφῇ πικρῶς καὶ σὺν ὀργῇ τῆς ἐλπίδος τὴν ἀπότευξιν φέροντος, ἧς πρῶτος ἀξιωθεὶς καὶ τοῦ τυχεῖν ἐγγυτάτω γενόμενος τὸ μὴ τυχεῖν ἐποιεῖτο σημεῖον ἔχθους ἅμα καὶ κακονοίας τοῦ Γάλβα πρὸς αὐτόν.*

26—29 *Ὅθεν οὐδὲ ἄφοβος ἦν περὶ τοῦ μέλλοντος, ἀλλὰ καὶ τὸν Πείσωνα δεδιὼς καὶ τὸν Γάλβαν προβαλλόμενος καὶ τῷ Οὐινίῳ χαλεπαίνων ἀπῄει πολλῶν παθῶν πλήρης.*

I 21 *Interea Othonem, cui compositis rebus nulla spes, omne in turbido consilium, multa simul exstimulabant, luxuria etiam principi onerosa, inopia vix privato toleranda, in Galbam ira, in Pisonem invidia; fingebat et metum, quo magis concupisceret* e. q. s.

29—36 *Οὐδὲ γὰρ τὸ ἐλπίζον ἐκλιπεῖν οὐδὲ ἀπαγορεῦσαι παντάπασιν εἴων οἱ περὶ αὐτὸν ὄντες ἀεὶ μάντεις καὶ Χαλδαῖοι, εἰς τὰ μάλιστα δὲ Πτολεμαῖος ἰσχυριζο-*

I 22 *urguentibus etiam mathematicis, dum novos motus et clarum Othoni annum observatione siderum adfirmant, genus hominum potentibus infidum, speran-*

---

[1]) (S. l. l.) *filiumque appellans perduxit in castra ac pro contione adoptavit.*

[2]) (S. l. l.) *ne tunc quidem donativi ulla mentione facta.*

μενος τῷ προειπεῖν πολλακις, ὡς οὐκ ἀποκτενεῖ Νέρων αὐτόν, ἀλλὰ τεθνήξεται πρότερος, αὐτὸς δὲ περιέσται καὶ ἄρξει Ῥωμαίων· ἐκεῖνο γὰρ ἀληθὲς ἀποδείξας ἠξίου μηδὲ ταῦτα ἀπελπίζειν·[1])

tibus fallax, quod in civitate nostra et vetabitur semper et retinebitur. Multos secreta Poppaeae mathematicos, pessimum principalis matrimonii instrumentum, habuerant: e quibus Ptolemaeus Othoni in Hispania comes, cum superfuturum eum Neroni promisisset, postquam ex eventu fides, coniectura iam et rumore senium Galbae et iuventam Othonis computantium persuaserat fore ut in imperium adscisceretur e. q. s.

36—37 *οὐχ ἥκιστα δ' οἱ συναχθόμενοι κρύφα καὶ συνεπιστένοντες ὡς ἀχάριστα πεπονθότι·*

I 22 *et intimi libertorum servorumque, corruptius quam in privata domo habiti, aulam Neronis et luxus, adulteria, matrimonia ceterasque regnorum libidines avido talium, si auderet, ut sua ostentantes, quiescenti ut aliena exprobrabant.*

37—40 *πλεῖστοι δὲ τῶν περὶ Τιγελλῖνον καὶ Νυμφίδιον ἐν τιμῇ γεγονότων ἀπερριμμένοι τότε καὶ ταπεινὰ πράττοντες ἐφθείροντο πρὸς αὐτὸν καὶ συνηγανάκτουν καὶ παρώξυνον.*

I 24 *Flagrantibus iam militum animis velut faces addiderat Maevius Pudens, e proximis Tigellini.* Cfr. etiam I 20 *Exauctorati per eos dies tribuni, e praetorio Antonius Taurus et Antonius Naso, ex urbanis cohortibus Aemilius Pacensis, e vigilibus Iulius Fronto*[2]).

---

[1]) Cfr. Suet. O. 4 *spem imperii cepit . . . aliquanto maiorem ex adfirmatione Seleuci mathematici. Qui cum eum olim superstitem Neroni fore spopondisset, tunc ultro inopinatus advenerat, imperaturum quoque brevi repromittens.*

[2]) Cfr. Suet. G. 16 *Ceterum praetorianos etiam metu et indignitate commovit, removens subinde plerosque, ut suspectos et Nymphidii socios.*

Per hoc caput eadem illa mirifica cerni licet convenientia. Plutarchus unum secutus est ducem Tacitum neque ex alio fonte quicquam sumpsit nisi Dolabellam v. 4, *ἄφνω* v. 6, *μηδὲ—δοθείσης* v. 18 sq., *πλεῖστοι—παρώξυνον* extremo capite.

1—3. Videatur Excursus.

3—4. Non nullos Dolabellae suffragatos cum Tacitus non scribat, ex alio[1]) fonte id fluxisse omnes concedunt. Neque hoc tam arte cum reliqua Plutarchi narratione cohaeret, cunctam ut ex fonte communi haustam esse concludas.

4—6[2]). Insignis similitudo est inter *ἀρχαιρεσιάζοντας* et *comitia*, quae tamen quod sciam nisi ab Hardio non est animadversa. Neque Tacitum probabile est aculeum illum aliunde mutuatum esse.

6—9. Haec scribenti unus fuit auctor Tacitus. Nam primum *μηδὲν προειπών* ex *pauca praefatus* orta esse quibus placet, iis equidem sine ulla dubitatione astipulor[3]). His enim quae continuantur, *Pisonem Licinianum arcessi iubet*, plane eadem sunt atque ea quae illis, *μετεπέμψατο Πείσωνα.* Et quod ex *paucis* nihil fecit, eius modi neglegentia non semel in Plutarcho cernitur[4]). Porro cetera quoque Plutarchi, quae aliquid sunt, apud Tacitum ad verbum concordantia reperiun-

---

[1]) Et quidem communi: cfr. Fabia p. 273 et Hardy de I 13 *Laco atque Icelus consensu non tam unum aliquem fovebant quam alium.*

[2]) Cfr. etiam I 13 *Vinius pro M. Othone.*

[3]) Cfr. Clason p. 6, Fabia p. 20, Woelfflin Comp. p. 46. Aliter Krauss adn. 22, Lezius p. 38 adn. 1, Groag p. 740 adn. 4.

[4]) Cfr. P. O. 8 v. 9, ubi *καὶ μηδέν* e *nec multum* Tac. II 32 ortum est.

tur[1]. Id autem, cui uni nihil in Historiis respondet, *οὓς Νέρων ἀνῃρήκει*, cum errorem esse constet[2], apparet Plutarchum non ex fonte aut communi aut alio, sed de suo addidisse nimium memoria confisum. Ex alio tamen auctore fortasse ortam concedo voculam *ἄφνω*, cui *repente* respondet Suetonii. Quae ex fonte communi prius perlecto Plutarchi mentem videtur subisse, quamquam caput 23 exaranti solus Tacitus ad manum erat. Nam omnia cetera Suetonii cum a Plutarcho tum a Tacito differunt.

9—17. Omnia a Tacito convertit Plutarchus, iis quae ille de tempestate prodit aliquantulum amplificatis[3]. Atque *τὰ μὲν λέγειν . . . τὰ δὲ ἀναγινώσκειν* e *legeret, pronuntiat* ducta esse Mommsen acute perspexit[4]. Nam quoniam brevissimam fuisse orationem intellegitur ex Tac. I 18 *imperatoria brevitate* et I 19 *inde apud senatum non comptior Galbae, non longior quam apud militem sermo*, vix est credibile

---

[1]) *Κράσσου καὶ Σκριβωνίας ἔκγονον* ad verbum congruit cum Taciti *M. Crasso et Scribonia genitus*. *Κόσμιον* est *severus*, *αὐστηρὸν tristior*. Et verbis Taciti *vultu habituque* quam valde respondeat apud Plutarchum *ἐμφανέστατα ἔχοντα*, Lezius animadvertit. Multo autem dissimiliores esse Suetonium et Dionem ex locis quos ascripsi apparet. Neque iure Groag p. 740 adn. 7: »Ebenso sind die Charakteristiken Pisos bei beiden Autoren (G. 23; I 14) zwar ähnlich, soweit es eben die Sache mit sich bringt, bieten aber keine näheren Berührungspunkte«.

[2]) Non a Nerone, sed a Claudio interfectos parentes Pisonis auctor est Seneca, De morte Claudii c. 11. Fabia p. 20 sq. fusius de his disserens frustra ex errore Plutarchi communis fontis argumentum quaerit.

[3]) Multo similior Plutarchus Tacito quam Suetonio.

[4]) P. 306 adn. 4. Cui assentiuntur Hardy, Fabia, Woelfflin Comp. p. 35, alii; repugnant Krauss adn. 10 et Lezius.

eius partem de scripto recitasse Galbam [1]). Praeterea eo Mommsenii coniectura commendatur, quod in eodem prorsus sententiarum contextu Plutarchi et Taciti verba sunt. Et Plutarchum quidem aliquotiens aeque perperam quasdam voces Latinas interpretatum esse satis constat [2]). Quod autem Mommsen non ex Tacito, sed e fonte communi male perspecto haec fluxisse arbitratur, ei usque eo non assentior, ut hoc vel maxime pro nobis esse censeam. Nam auctorem adeo quemquam religiose descriptum esse a Tacito, ut in eundem errorem uterque interpretem induceret, id demum difficillimum est persuadere.

17—19. Haec quoque verbis Taciti pariter respondent, cuius Plutarchus vestigiis ingressus est. Sane *μηδὲ τότε κ. τ. λ.* etiam magis cum Suetonio (*ne tunc quidem* e. q. s.) congruunt quam cum Tacito [3]). Sed Plutarchus haec in eodem habet contextu narrationis quo Tacitus, in alio sua Suetonius. Ex quo fit ut Plutarchus Tacitum sequens fontis communis ante lecti haec modo verba recordatus esse videatur. Cfr. supra de *ἄφνω*.

19—22. Etiam in his summa deprehenditur consonantia, qua de Tacito sumpta esse indicantur [4]).

[1]) Neque apte Krauss l. l. comparat orationem Nymphidii a Cingonio scriptam, P. G. 14.

[2]) Cfr. Praefatio.

[3]) Minus recte Fabia p. 138 hunc locum in numerum refert eorum, ubi Suetonius Tacito quam Plutarcho similior est.

[4]) *Τῇ φωνῇ* et *sermo*, *τῷ προσώπῳ* et *vultu* inter se respondent; *οἱ παρόντες* e *statim intuentibus* ortum videtur esse (sic Wolff ad I 17 v. 1). — Parva est hic discrepantia inter Tacitum et Plutarchum, quod ille sua ante contionem castrensem posuit. Sed Lezium et Fabiam, quod Kraussium p. 9 secuti Plutarchum ea in locum »parum aptum« transtulisse opinantur, falli declarat *mox* Taciti.

22—26. Quod his respondeat non est apud Tacitum. Cuius ex narratione intellegi par est Othonem adoptioni in castris non interfuisse [1]). Quoniamque tales colores non numquam Plutarchum sua sponte allevisse notum est, haec non ex fonte aliquo, sed e vano hausta esse nostro iure existimamus [2]).

26—29. Haec e maiore Taciti copia ducta sunt. Nimis enim similia sunt *ὅθεν οὐδὲ ἄφοβος ἦν* et *fingebat et metum*, quamquam ne haec quidem admodum accurate a Plutarcho versa esse apparet [3]).

29—36. Per haec quoque insignita illa concordia pertinet. Nam et primum de pluribus mathematicis uterque loquitur et deinde ad unum Ptolemaeum transit [4]). Ac de Ptolemaeo quidem quae scribit Plutarchus omnia apud Tacitum exstant, etsi sententiam Taciti neglegentius paulo exprimit ille, quem si audias Othoni non modo vita, sed etiam imperium iam sub Nerone promissum videatur [5]).

V. 36—37 e Tacito emanavisse crediderim, etiamsi non magnam hanc esse similitudinem confitendum est.

37—40. His quae paribus paria referantur non sunt in Historiis. Sed veriora mihi videntur

---

1) Cfr. Fabia p. 22, cui Groag p. 742 adn. 2 iniuria repugnat.

2) Cfr. Lezius p. 41, Fabia p. 22; Clason p. 8. Similia in Praefatione enumeravi.

3) De nomine Vinii a Plutarcho addito cfr. Fabia p. 22. ***Τὸν Πείσωνα δεδιώς*** cohaeret etiam cum iis, quae apud Tacitum sequuntur.

4) Dissimiliora sunt cum verba tum contextus Suetonii, qui quod Seleucum pro Ptolemaeo scripsit non est alius fontis indicium.

5) Fontis communis errorem a Tacito correctum, Tacitum a Suetonio adhibitum Groag p. 742 adn. 2 et p. 766 docet. Mihi quidem Suetonius propter *tunc ultro inopinatus advenerat* ex fonte communi videtur sua hausisse.

quam ut a Plutarcho excogitata sint. Narrat enim Tacitus ea, quibus quae refert Plutarchus confirmantur, quamvis inde orta esse nequeant: velut I 24 Othoni adiutorem fuisse Maevium Pudentem *e proximis Tigellini.* Nec minus e Suet. G. 16 intellegi potest tribunos, qui a Tacito I 20 nominantur, remotos esse propter Nymphidii amicitiam; cui loco respondet *ἀπερριμμένοι τότε*[1]. Itaque cum Tigellini et Nymphidii amicos ad Othonem se contulisse eumque instigasse Plutarchus solus addat, ex alio fonte hoc eum sumpsisse fortasse concedendum est, et quidem ex eo, quem supra a Plutarcho de Nymphidio adhibitum esse constat. Neque haec a reliqua Plutarchi narratione dissolvi non possunt[2].

P. G. c. 24.

1—5 *Ἐν δὲ τούτοις Οὐετούριος καὶ Βάρβιος, ὁ μὲν ὀπτίων, ὁ δὲ τεσσεράριος· οὕτω γὰρ καλοῦνται οἱ διαγγέλων καὶ διοπτήρων ὑπηρεσίας τελοῦντες. Μεθ' ὧν Ὄθωνος ἀπελεύθερος Ὀνόμαστος ἐπιφοιτῶν τοὺς μὲν ἀργυρίῳ, τοὺς δὲ ἐλπίσι διέφθειρεν*[3])	I 25 *Sed tum e libertis Onomastum futuro sceleri praefecit, a quo Barbium Proculum tesserarium speculatorum et Veturium optionem eorundem perductos, postquam vario sermone callidos audacesque cognovit, pretio et promissis onerat, data pecunia ad pertemptandos plurium animos.*
5 – 6 *ἤδη σαθροὺς ὄντας καὶ δεομένους προφάσεως.*	I 25 *suspensos ceterorum animos.* I 26 *Infecit ea tabes legionum*

---

[1]) *Ἀπερριμμένοι*, quod Hardy idem significare putat atque Anglice »disappointed« seu Latine »*spe abiectos*«, equidem *reiectos, loco motos* verterim. Cfr. P. G. 22 *Ῥοῦφον ἀπερριμμένον ἀτίμως*; P. Brut. 3 *τόν τε Κανίδιον . . . ἀτίμως ἀπερριμμένον ὑπὸ τοῦ Κατωνος*; Suet. G. 16 *remorens.*

[2]) Lezius p. 43 sq. de hoc loco contortius disputat.

[3]) Cfr. Suet. O. 5.

quoque et auxiliorum motas iam mentes, postquam vulgatum erat labare Germanici exercitus fidem.

6—9 Οὐ γὰρ ἦν ἡμερῶν τεσσάρων ἔργον ὑγιαίνοντος στρατοπέδου μεταστῆσαι πίστιν, ὅσαι μεταξὺ τῆς εἰσποιήσεως ἐγένοντο καὶ τῆς σφαγῆς.

I 19 *sequenti quadriduo, quod medium inter adoptionem et caedem fuit.*

9 Ἕκτῃ γὰρ ἀνῃρέθησαν[1]),

I 29 *sextus dies agitur*

9—19 ἣν ἄγουσι Ῥωμαῖοι προ δεκαοκτὼ καλανδῶν Φεβρουαρίων. Ἐκείνῃ γὰρ ἕωθεν εὐθὺς ὁ μὲν Γάλβας ἔθυεν ἐν Παλατίῳ τῶν φίλων παρόντων, ὁ δὲ θύτης Ὀμβρίκιος ἅμα τῷ λαβεῖν εἰς τὰς χεῖρας τοῦ ἱερείου τὰ σπλάγχνα καὶ προσιδεῖν οὐ δι' αἰνιγμῶν, ἀλλ' ἄντικρυς ἔφη σημεῖα μεγάλης ταραχῆς καὶ μετὰ δόλον κίνδυνον ἐκ κεφαλῆς ἐπικείμενον τῷ αὐτοκράτορι, μονονουχὶ τὸν Ὄθωνα τοῦ θεοῦ χειρὶ ληπτὸν παραδιδόντος[2]).

I 27 *Octavo decimo kalendas Februarias sacrificanti pro aede Apollinis Galbae haruspex Umbricius tristia exta et instantes insidias ac domesticum hostem praedicit,*

Παρῆν γὰρ ὄπισθεν τοῦ Γάλβα καὶ προσεῖχε τοῖς λεγομένοις καὶ δεικνυμένοις ὑπὸ τοῦ Ὀμβρικίου[3]).

audiente Othone (nam proximus adstiterat)

19—20 Θορυβουμένῳ δὲ αὐτῷ καὶ χρόας ἀμείβοντι παντοδαπὰς ὑπὸ δέους

idque ut laetum e contrario et suis cogitationibus prosperum interpretante.

---

[1]) Cfr. Suet. G. 17 *Quo faciliorem occasionem M. Salvio Othoni praebuit perficiendi conata intra sextum adoptionis diem.*

[2]) Cfr. Suet. G. 19 *Prius vero quam occideretur sacrificantem mane haruspex identidem monuit, caveret periculum, non longe percussores abesse;* O. 6 *mane Galbam salutavit.*

[3]) Cfr. Suet. O. 6 *mane Galbam salutavit, utque consueverat osculo exceptus, etiam sacrificanti interfuit audivitque praedicta haruspicis.*

20—28 παραστὰς Ὀνόμαστος ἀπελεύθερος ἥκειν ἔφη καὶ περιμένειν αὐτὸν οἴκοι τοὺς ἀρχιτέκτονας. Ἦν δὲ σύμβολον καιροῦ, πρὸς ὃν ἔδει ἀπαντῆσαι τὸν Ὄθωνα τοῖς στρατιώταις. Εἰπὼν οὖν, ὅτι παλαιὰν ἐωνημένος οἰκίαν βούλεται τὰ ὕποπτα δεῖξαι τοῖς πωληταῖς, ἀπῆλθε, καὶ διὰ τῆς Τιβερίου καλουμένης οἰκίας καταβὰς ἐβάδιζεν εἰς ἀγοράν, οὗ χρυσοῦς εἱστήκει κίων, εἰς ὃν αἱ τετμημέναι τῆς Ἰταλίας ὁδοὶ πᾶσαι τελευτῶσιν [1]).

Nec multo post libertus Onomastus nuntiat exspectari eum ab architecto et redemptoribus, quae significatio coëuntium iam militum et paratae coniurationis convenerat. Otho, causam digressus requirentibus, cum emi sibi praedia vetustate suspecta eoque prius exploranda finxisset, innixus liberto per Tiberianam domum in Velabrum, inde ad miliarium aureum sub aedem Saturni pergit.

Summus ille non interrumpitur consensus, unumque Plutarchus ad manum habet Tacitum. Ex altero autem fonte prius perlecto nihil fluxit praeter ἔωθεν v. 11, fortasse etiam ἀρχιτέκτονας v. 21 sq. In v. 19—20 Plutarchus narrationem Taciti ita condivit, ut repugnantiae quaedam species oreretur.

V. 1—5 de Tacito ad verbum fere translati sunt [2]).

5—6. His quoque quae apte respondeant apud Tacitum reperiuntur; ἤδη σαθροὺς ὄντας ortum est ex *motas iam mentes*; cfr. etiam *suspensos ceterorum animos* [3]).

[1]) Cfr. Suet. O. 6 *praemonitis consciis ut se in foro sub aede Saturni ad miliarium aureum opperirentur . . . Deinde liberto adesse architectos nuntiante, quod signum convenerat, quasi venalem domum inspecturus abscessit proripuitque se postica parte Palatii ad constitutum. Alii febrem simulasse aiunt* e. q. s.

[2]) Διάγγελος respondet *tesserario*, διοπτήρ coniectura factus est ex *optione*. Sic recte Sickinger p. 85 sq. contra Nissenium p. 504. — Notabile est quantum a Plutarcho Tacitoque differat Suet. O. 5, quem locum exscribere longum est.

[3]) Quia haec et ipsa Tacito debentur, probari non potest quod placuit Woelfflino Comp. p. 29, Plutarchum iis quae se-

6—9. Verbum pro verbo reddidit Graeculus [1]).

9. Hoc unde fluxerit non curo.

9—19. Voci ἕωθεν apud Tacitum nihil respondet; at Suetonius *mane* habet et quidem duobus locis, G. 19 et O. 6. Quam Plutarchi et Suetonii similitudinem casu exstitisse cum nullo modo possit cogitari, certissimum hoc est communis fontis indicium. Sed Fabia, cum recte hoc perspiciat [2]), non videt Plutarchum in omnibus ceteris Tacito multo propiorem esse quam Suetonio. Unde efficitur, ut Plutarchus Tacitum exscribens hoc fontis communis unum reminiscatur [3]).

19—20. Congruunt Plutarchus et Tacitus, quod in eodem rerum contextu adfectum Othonis describunt; repugnant, quod ille perterritum, hic gaudentem facit. Sed Plutarchus non tam arte ad verba auctoris se astringit, ut non suis ipsius animorum motus pingere studeat coloribus. Conferatur Praefatio [4]).

---

quuntur, οὐ γὰρ κ. τ. λ., id egisse, ut Taciti quandam indiligentiam notaret. Cfr. praeterea Andresen p. 434 sq.

[1]) Optime Fabia p. 24: »Remarquons surtout la suppression des compléments des mots *adoption* et *meurtre*». — Groag p. 740 adn. 7 hoc aliis verbis potuisse dici negat. Contigit tamen Suetonio: *perficiendi conata intra sextum adoptionis diem* G. 17.

[2]) Ante eum iam Peter p. 37.

[3]) Verum vidit Woelfflin in adnotatione 1, Comp. p. 33, cum supra verbo ἕωθεν eam quam par erat vim auctoritatemque non dedisset.

[4]) Cfr. Fabia p. 25: »Si T. est la source de P., il faut supposer de la part de celui-ci une inexactitude qui, d'ailleurs, est fort possible». Sed quod Fabia ait veri similius esse Othonem in fonte communi simul perterritum, simul laetantem inductum, recte eum reprehendit Groag p. 742 sq.

20—28. Plutarchus et Tacitus mire concinunt[1]), Suetonius non item[2]). Neque Plutarchus quicquam praebet, quod non inveniatur apud Tacitum; quin quaedam Taciti in deterius videtur vertisse[3]). Ex fonte communi prius perlecto haesisse forsitan unum concesserim plurale illud *ἀρχιτέκτονας*, cui respondet *architectos* apud Suetonium[4]).

P. G. c. 25.

1—7 *Ἐνταῦθα τοὺς πρώτους ἐκδεξαμένους αὐτὸν καὶ προσειπόντας αὐτοκράτορά φασι μὴ πλείους τριῶν καὶ εἴκοσι γενέσθαι. Διό, καίπερ οὐ κατὰ τὴν τοῦ σώματος μαλακίαν καὶ θηλύτητα τῇ ψυχῇ*

I 27 *Ibi tres et viginti speculatores consalutatum imperatorem ac paucitate salutantium trepidum et sellae festinanter impositum strictis mucronibus rapiunt*[5]). Cfr. etiam I 22 *Non erat*

---

[1]) »Dass aber P. den T. gelesen hatte, beweist das eine Wort *ὕποπτα* = *suspecta*«. Woelfflin Comp. p. 37. Cetera non minus similia.

[2]) Qui alternas praebet relationes, quarum de posteriore (*alii febrem simulasse* e. q. s.) et Plutarchus et Tacitus silent (cfr. tamen Woelfflin Comp. p. 32).

[3]) Cfr. Woelfflin Comp. p. 36 sq. — Admirationem habet plurale Plutarchi *πωληταῖς*; neque enim erat cur Otho, cum totam rem ementiretur, plures fingeret venditores. Itaque non improbabilis coniectura est Woelfflini, id e *redemptoribus* Taciti ortum existimantis.

[4]) Quod Plutarchus *οἰκίαν*, Suetonius *domum*, Tacitus *praedia* habet non magis quam quod Plutarchus *εἰς ἀγοράν* et Suetonius *in foro* ullius crediderim esse momenti.

[5]) Cfr. Suet. O. 6 *Tunc abditus propere muliebri sella in castra contendit, ac deficientibus lecticariis cum descendisset cursumque cepisset, laxato calceo restitit, donec omissa mora succollatus et a praesente comitatu imperator consalutatus inter faustas adclamationes strictosque gladios ad principia devenit.*

διατεθρυμμένος, ἀλλὰ ἰταμὸς ὢν πρὸς τὰ δεινὰ καὶ ἄτρεπτος, ἀπεδειλίασεν. Οἱ δὲ παρόντες οὐκ εἴων, ἀλλὰ τοῖς ξίφεσι γυμνοῖς περιϊόντες αὐτοῦ τὸ φορεῖον ἐκέλευον αἴρεσθαι,

Othonis mollis et corpori similis animus[1].

7—9 παραφθεγγομένου πολλάκις ἀπολωλέναι καὶ τοὺς φορειαφόρους ἐπιταχύνοντος. Ἐξῄκονον γὰρ ἔνιοι

9—11 θαυμάζοντες μᾶλλον ἢ ταραττόμενοι διὰ τὴν ὀλιγότητα τῶν ἀποτετολμημένων.

Cfr. I 27 *plerique miraculo* et *paucitate salutantium.*

11—12 Φερομένῳ δὲ οὕτω δι' ἀγορᾶς ἀπήντησαν ἕτεροι τοσοῦτοι,

I 27 *totidem ferme milites in itinere adgregantur,*

12—14 καὶ πάλιν κατὰ τρεῖς καὶ τέτταρας ἄλλοι προσεπέλαζον. Εἶτα συνανέστρεφον ἅπαντες ἀνακαλούμενοι Καίσαρα καὶ γυμνὰ τὰ ξίφη προϊσχόμενοι.

alii conscientia, plerique miraculo, pars clamore et gaudiis, pars silentio, animum ex eventu sumpturi[2].

15—17 Τῶν δὲ χιλιάρχων ὁ τὴν φυλακὴν ἔχων τοῦ στρατοπέδου Μαρτίαλις, ὥς φασι, μὴ συνειδώς, ἐκπλαγεὶς δὲ τῷ ἀπροσδοκήτῳ καὶ φοβηθεὶς ἐφῆκεν εἰσελθεῖν.

I 28 *Stationem in castris agebat Iulius Martialis tribunus. Is magnitudine subiti sceleris, an corrupta latius castra et, si contra tenderet, exitium metuens, praebuit plerisque suspicionem conscientiae;*

17 - 21 Γενομένῳ δὲ ἐντὸς οὐδεὶς ἀντέπεσεν. Οἱ γὰρ ἀγνοοῦντες τὰ πραττόμενα τοῖς εἰδόσι καὶ συνεστῶσιν ἐκ παρασκευῆς ἐμπεριεχόμενοι καθ' ἕνα καὶ δύο σποράδες ὑπὸ δέους τὸ πρῶτον, εἶτα πεισθέντες ἐπηκολούθησαν.

anteposuere ceteri quoque tribuni centurionesque praesentia dubiis et honestis, isque habitus animorum fuit, ut pessimum facinus auderent pauci, plures vellent, omnes paterentur. Cfr. etiam I 36.

---

1) Cfr. Suet. O. 12 *Tanto Othonis animo nequaquam corpus aut habitus competiit.*

2) Cfr. Suet. O. 6 *obvio quoque non aliter ac si conscius et particeps foret adhaerente.*

21—26 *Εἰς δὲ τὸ Παλάτιον εὐθὺς μὲν ἀπηγγέλη τῷ Γάλβᾳ παρόντος ἔτι τοῦ θύτου καὶ τῶν ἱερῶν ἐν χερσὶν ὄντων, ὥστε καὶ τοὺς πάνυ πρὸς τὰ τοιαῦτα δυσπειθῶς καὶ ἀτενῶς ἔχοντας ἐκπλήττεσθαι καὶ θαυμάζειν τὸ θεῖον·*[1]) *ὄχλου δὲ παντοδαποῦ συρρέοντος ἐξ ἀγορᾶς,*	I 29 *Ignarus interim Galba et sacris intentus fatigabat alieni iam imperii deos, cum adfertur rumor rapi in castra incertum quem senatorem, mox Othonem esse qui raperetur, simul ex tota urbe, ut quisque obvius fuerat . . .*
26—28 *αὐτῷ μὲν Οὐίνιος καὶ Λάκων καὶ τῶν ἀπελευθέρων ἔνιοι γυμνὰ τὰ ξίφη προϊσχόμενοι παρέστησαν,*	
28—29 *ὁ δὲ Πείσων προελθὼν τοῖς φυλάττουσι τὴν αὐλὴν δορυφόροις ἐνετύγχανε.*	*Igitur consultantibus placuit pertemptari animum cohortis, quae in Palatio stationem agebat, nec per ipsum Galbam . . . Piso pro gradibus domus vocatos in hunc modum adlocutus est.*
29—32 *Τοῦ δ' Ἰλλυρικοῦ τάγματος ἐν τῇ καλουμένῃ παστάδι Βιψανίᾳ στρατοπεδεύοντος ἀπεστάλη Μάριος Κέλσος, ἀνὴρ ἀγαθός, προκαταληψόμενος.*	I 31 *Missus et Celsus Marius ad electos Illyrici exercitus, Vipsania in porticu tendentes.*

Haec ex Tacito, quocum mira illa haud desinit similitudo, orta videntur omnia praeter v. 26—28 et 7—9. Etiam de descriptionibus v. 12 sqq. et 17 sqq. difficile est statuere, quatenus fonti secundario, quatenus Plutarcho exornanti tribuendae videantur. Neque tamen ullo modo ex his efficitur omne caput e communi fonte profluxisse, quoniam facillime in reliquam aliunde inseri potuerunt narrationem.

---

[1]) Cfr. Suet. G. 19 *Haud multo post cognoscit teneri castra ab Othone.*

V. 1—7 ex duobus Taciti locis, quibus ad verbum fere respondent, contexti sunt. Nam Plutarcho quam Suetonio propiora sunt cum Hist. I 27 [1]) tum I 22 [2]).

7—9. Hoc non esse uberius dictum a Plutarcho, sed vestigium fontis alterius existimare aequum est [3]). Neque tamen id obstat, quo minus qui sequuntur v. 9—11 e simillimis Taciti verbis derivati sint [4]).

V. 11—12 e Tacito ad verbum exscripti sunt [5]).

12—14. Haec e Taciti *alii* . . . *plerique* . . . *pars* . . . *pars*, quae in eodem sunt narrationis contextu, male intellectis ducta esse Lezii valde probabilis est sententia. Nam Plutarchus Tacito, quocum modo tam insigniter congruebat, in his prorsus repugnat [6]). Tacitus enim toto itinere totidem milites tribus et viginti illis adhaesisse dicit, Plutarchus totidem iam in foro, post in via alios ternos et quaternos. Hoc eo factum est, quod Plutarchus illa, quibus de eorundem Tacitus animis exposuerat et studiis, ad alios rettulit.

---

1) Cfr. Woelfflin Comp. p. 35 sq.: »Dazu kommt nun, dass sich P. für die Zahl 23 mit *φασί* auf einen ungenannten Autor beruft, als welcher sich uns T. anbietet Hist. I 27. Gerade ebenso bezieht sich P. in demselben Kap. 25 mit *ὥς φασι, μὴ συνειδώς* . . . auf T. Hist. I 28». Haud aliter P. Cor. 26 verba *ἔνιοι δέ φασιν* ad unum Plutarchi auctorem spectant Dionysium; vid. Peter p. 8.

2) Fabia p. 139 Suetonium in hoc dissimiliorem esse non videt.

3) Lezius p. 49 sq. dubitat.

4) *Plerique miraculo* fefellit Fabiam: cfr. p. 26: »T. . . . ne parle . . . ni de l'étonnement des assistants»; neque *διὰ τὴν ὀλιγότητα τῶν ἀποτετολμημένων* verbis *paucitate salutantium* respondere animadversum est.

5) De *δι' ἀγορᾶς* cfr. quae sequuntur.

6) Hoc Fabia p. 26, cum Lezii impugnaret explicationem, non attendit.

15—17. Haec verbis Taciti simillima sunt. Neque vero hunc cogitandum est fontem communem eisdem verbis expressisse etiam in adfectu et consiliis Martialis describendis; et ὥς φασι Tacitum Plutarchi auctorem fuisse indicat [1]). Tacitus autem cum duas attulisset causas, quarum unam ipse probaret (*magnitudine—metuens*), alteram falsam esse suspicionem significaret (*praebuit plerisque* e. q. s.), Plutarchus illa contentus hanc nisi tecte non denotavit [2]).

17—21. Prima quidem verba (usque ad ἀντέπεσεν) Taciteis *omnes paterentur* respondent [3]). Reliqua autem utrum ab ipso Plutarcho ficta sint an ab altero petita auctore, diiudicari non potest; nec tamen quicquam impedit, quin narrationi e Tacito haustae aliunde admixta sint.

21—26. Hos versus ex Tacito fluxisse e maiore huius quam Suetonii cum Plutarcho similitudine efficitur.

26—28. Ex alio fonte, id quod haud difficiliter fieri potuit, haec in relationem a Tacito oriundam inserta sunt [4]).

V. 28—29 et 29—32 a Tacito manasse statuendum est propter summam similitudinem.

---

[1]) Cfr. supra p. 45 adn. 1.

[2]) Cfr. Woelfflin Comp. p. 49. — Hardy dicit ad ἐφῆκεν εἰσελθεῖν: »Here, as in other passages, P. adds that which gives the key to T:s' statement, for T. omits to say what he did to be suspected». Sed bene Woelfflin l. l.: »Dass er zwischen den Zeilen las und ergänzte, was T. in seiner Prägnanz überging, den Einlass in die Kaserne, ist (falls die Stelle bei T. nicht lückenhaft sein sollte) vollkommen richtig, deutet jedoch auf keine andere Quelle».

[3]) Quod praeteriit Lezium p. 52.

[4]) Non inutilem fuisse cautionem Galbae e Tac. I 35 *refractis Palatii foribus* colligi licet. Immerito igitur in dubium rem vocant Lezius p. 56 adn. 1 et Groag p. 743 adn. 1.

P. G. c. 26.

1—4 *Βουλευομένου δὲ τοῦ Γάλβα προελθεῖν, καὶ Οὐινίου μὲν οὐκ ἐῶντος, Ἰκέλου*[1] *δὲ καὶ Λάκωνος παρορμώντων καὶ σφοδρότερον τοῦ Οὐινίου καθαπτομένων*[2],

I 32 *Interim Galbam duae sententiae distinebant: Titus Vinius manendum intra domum . . . non eundum ad iratos censebat . . .* I 33 *Festinandum ceteris videbatur . . . Repugnantem huic sententiae Vinium Laco minaciter invasit, stimulante Icelo . . .*

4—5 *θροῦς διῆλθε πολύς, ὡς ἀνῃρημένου τοῦ Ὄθωνος ἐν τῷ στρατοπέδῳ·*[3]

I 34 *Vixdum egresso Pisone occisum in castris Othonem vagus primum et incertus rumor: mox, ut in magnis mendaciis, interfuisse se quidam et vidisse adfirmabant, credula fama inter gaudentes et incuriosos. Multi arbitrabantur compositum auctumque rumorem mixtis iam Othonianis, qui ad evocandum Galbam laeta falso vulgaverint.*

5—10 *καὶ μετὰ μικρὸν ὤφθη Ἰούλιος Ἄττικος τῶν οὐκ ἀσήμων ἐν τοῖς δορυφόροις στρατευόμενος γυμνῷ τῷ ξίφει προσφερόμενος καὶ βοῶν ἀνῃρηκέναι τὸν Καίσαρος πολέμιον· ὠσάμενος δὲ διὰ τῶν προεστώτων ἔδειξε τῷ Γάλβᾳ τὸ ξίφος ᾑμαγμένον. Ὁ δὲ βλέψας*

I 35 *Obvius in Palatio Iulius Atticus speculator, cruentum gladium ostentans, occisum a se Othonem exclamavit; et Galba 'commilito', inquit, 'quis iussit?'*

---

[1] Sic Mommsen p. 303 adn. 1 pro *Κέλσου*.

[2] Cfr. Suet. G. 19 *ac plerisque ut eodem* (i. e. in castra) *quam primum pergeret suadentibus... nihil amplius quam continere se statuit...*

[3] Cfr. S. l. l. *Sed extractus rumoribus falsis, quos conspirati, ut eum in publicum elicerent, de industria dissiparant, paucis temere adfirmantibus transactum negotium, oppressos qui tumultuarentur, advenire frequentis ceteros gratulabundos et in omne obsequium paratos;*

πρὸς αὐτόν „Τίς σε“ εἶπεν „ἐκέλευσε;“ [1])

10—14 Τοῦ δὲ ἀνθρώπου τὴν πίστιν εἰπόντος καὶ τὸν ὅρκον, ὃν ὤμοσε, καὶ τοῦ πλήθους ἐπιβοῶντος, ὡς εὖ, καὶ κροτοῦντος, ἐμβὰς εἰς τὸ φορεῖον ἐκομίζετο

Cfr. I 35 *Tum vero non populus tantum et inperita plebs in plausus et inmodica studia, . . . donec . . . Galba . . . sella levaretur.*

τῷ τε Διὶ θῦσαι καὶ φανῆναι τοῖς πολίταις βουλόμενος.

Cfr. I 39 *alii Capitolium peteret* (censebant).

14—16 Ἐμβαλόντος δὲ εἰς τὴν ἀγοράν[2]), ὥσπερ τροπαία πνεύματος, ἀπήντησε φήμη κρατεῖν τὸν Ὄθωνα τοῦ στρατεύματος.

I 39 *Iam exterritus Piso . . . foro adpropinquantem adsecutus erat; iam Marius Celsus haud laeta rettulerat,*

16—18 Οἷα δὲ ἐν πλήθει τοσούτῳ, τῶν μὲν ἀναστρέφειν, τῶν δὲ προϊέναι, τῶν δὲ θαρρεῖν, τῶν δὲ ἀπιστεῖν βοώντων,

cum alii in Palatium rediret alii Capitolium peteret, plerique rostra occupanda censerent, plures tantum sententiis aliorum contra dicerent . . .

18—20 καὶ τοῦ φορείου, καθάπερ ἐν κλύδωνι, δεῦρο κἀκεῖ διαφερομένου καὶ πυκνὸν ἀπονεύοντος,

I 40 *Agebatur huc illuc Galba vario turbae fluctuantis inpulsu.*

20—22 ἐφαίνοντο πρῶτον ἱππεῖς, εἶτα ὁπλῖται διὰ τῆς Παύλου βασιλικῆς προσφερόμενοι, μιᾷ φωνῇ μέγα βοῶντες ἐκποδὼν ἵστασθαι τὸν ἰδιώτην[3]).

I 40 *Igitur milites Romani... disiecta plebe, proculcato senatu, truces armis, rapidi equis forum inrumpunt* (cfr. I 41 *Viso comminus armatorum agmine*).

23—25 Τῶν μὲν οὖν πολλῶν δρόμος ἦν, οὐ φυγῇ σκιδναμένων, ἀλλ' ἐπὶ τὰς στοὰς καὶ τὰ μετέωρα τῆς ἀγορᾶς ὥσπερ θέαν καταλαμβανόντων.

I 40 *completis undique basilicis ac templis.* I 32 *ut si in circo aut theatro ludicrum aliquod postularent.*

25—27 Ἀτιλλίου δὲ Βεργελίωνος εἰκόνα Γάλβα προσουδίσαντος ἀρχὴν τοῦ πολέμου ποιησαμένου

I 41 *Viso comminus armatorum agmine vexillarius comitatae Galbam cohortis* (*Atilium Vergi-*

[1]) Cfr. S. l. l. *iis ut occurreret prodiit, tanta fiducia ut militi cuidam occisum a se Othonem glorianti 'Quo auctore?' responderit;*

[2]) Cfr. S. l. l. *atque in forum usque processit.*

[3]) Cfr. S. l. l. *Ibi equites, quibus mandata caedes erat, cum per publicum dimota paganorum turba equos adegissent,*

lionem fuisse tradunt) dereptam Galbae imaginem solo adflixit: eo signo . . .

27—28 *περιηκόντισαν τὸ φορεῖον· ὡς δ' οὐκ ἔτυχον αὐτοῦ, προσῆγον ἐσπασμένοις τοῖς ξίφεσιν*[1]).

destricta adversus dubitantes tela. Cfr. paulo infra *inpresso gladio iugulum eius hausisse.*

29—38 *Ἤμυνε δὲ οὐδεὶς οὐδὲ ὑπέστη πλὴν ἑνὸς ἀνδρός, ὃν μόνον ἥλιος ἐπεῖδεν ἐν μυριάσι τοσαύταις ἄξιον τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας· Σεμπρώνιος ἦν Δῆνσος ἑκατοντάρχης, οὐδὲν ἰδίᾳ χρηστὸν ὑπὸ Γάλβα πεπονθώς, τῷ δὲ καλῷ καὶ τῷ νόμῳ βοηθῶν προέστη τοῦ φορείου. Καὶ τὸ κλῆμα πρῶτον, ᾧ κολάζουσιν ἑκατοντάρχαι τοὺς πληγῶν δεομένους, ἐπαράμενος τοῖς ἐπιφερομένοις ἐβόα καὶ διεκελεύετο φείδεσθαι τοῦ αὐτοκράτορος. Ἔπειτα συμπλεκομένων αὐτῷ σπασάμενος τὸ ξίφος ἠμύνατο πολὺν χρόνον, ἕως τυφθεὶς τὰς ἰγνύας ἔπεσε.*

I 43 *Insignem illa die virum Sempronium Densum aetas nostra vidit. Centurio is praetoriae cohortis, a Galba custodiae Pisonis additus, stricto pugione occurrens armatis et scelus exprobrans ac modo manu modo voce vertendo in se percussores quamquam vulnerato Pisoni effugium dedit.* I 42 extr. (Titus Vinius) *iacuit primo ictu in poplitem.*

Hoc quoque capite Plutarchus Taciti Historias, quibus congruunt omnia, multa simillima sunt[2]), praecipue secutus est, paucis admodum rebus, id quod facillime fieri potuit, aliunde, nescio an ex fonte Taciti, admixtis; quae sunt v. 20—22, 27—28, fortasse etiam 13—14 (*τῷ τε Διΐ — βουλόμενος*). De Sempronio autem centurione v. 29 sqq. Plutarchus memoria fretus neglegentius egit.

---

[1]) Cfr. S. l. l. *viso procul eo parumper restiterunt; dein rursum incitati desertum a suis contrucidarunt.*

[2]) Groagii ad sententiam p. 743 sqq. hic quoque diversos fontes adhibitos putantis multos non credo accessuros.

1—4. Haec ex iis Taciti verbis orta sunt, quibuscum quamvis coartata mirandum in modum concinunt; et differt Suetonius [1]).

4—5. Taciti Plutarchus contraxit narrationem. Nam haec illius quam Suetonii verbis similiora sunt [2]).

5—10. Haec maximam partem ad verbum ex Historiis sunt expressa [3]).

10—14. Responsum Attici, quod praeter Plutarchum a nullo memoriae proditum est, commenticium esse non est incredibile [4]). Nam quae sequuntur, *καὶ τοῦ — ἐκομίζετο,* eadem sunt apud Tacitum. Deinde quod de consilio Galbae Plutarchus adicit, utrum id e Tac. I 39 an aliunde cognitum habuerit, disceptari non potest. Neque vero cum ceteris adeo coniunctum et copulatum est, ut ex secundario fonte defluere nequierit.

14—16. Etsi haec loco Taciteo ad verbum non respondent, ad ea tamen apparet Plutarcho alio non fuisse opus auctore [5]).

---

[1]) Cfr. Fabia p. 139 adn. 2; de *Ἰκέλου* idem p. 28 adn 1.

[2]) Cfr. *ἀνῃρημένον τοῦ Ὄθωνος ἐν τῷ στρατοπέδῳ* P., *occisum in castris Othonem* T.; *oppressos qui tumultuarentur* S.

[3]) Cfr. *Ἰούλιος Ἄττικος τῶν οὐκ ἀσήμων ἐν τοῖς δορυφόροις* (h. e. *speculator*, non, quod vult Fabia p. 28, »un officier»; vid. Sickinger p. 86, Hardy ad hunc locum et ad G. 24 v. 1) P., *Iulius Atticus speculator* T.; *militi cuidam* S. Deinde *βοῶν* P., *exclamavit* T.; *glorianti* S. — *Ἔδειξε* P., *ostentans* T.; *ἀνατείνων* Dion. Cass. LXIV 6. — *Τίς σε ἐκέλευσε;* P., *quis iussit?* T.; *quo auctore?* S. — De ordine rerum a Plutarcho conturbato vid. Lezius p. 55 sq., Fabia p. 28.

[4]) Concedit hoc Hardy, communis fontis defensor, in adn.: »It looks like a rhetorical flourish added by P.» Secus Fabia p. 28.

[5]) Quamquam Lezio p. 57 credendum non est *τροπαία* nihil aliud esse nisi *vocibus in urbem usque resonantibus* I 39.

V. 16—18 et 18—20 [1]) propter conspicuam similitudinem e Tacito ortos esse necesse est.

20—22. Haec non fluxerunt e Tacito. Argumento sunt quae in Historiis desiderantur, *διὰ τῆς Παύλου βασιλικῆς* [2]) et *μιᾷ — ἰδιώτην*, ubi *τὸν ἰδιώτην* idem est ac Suetonii *paganorum* [3]). Sed facile haec iis, quae de Tacito sumpta erant, interponi potuerunt.

23—25. Haec vero alio transposita tamen olent unde sint [4]).

V. 25—27 item emanaverunt a Tacito, cuius cum verbis haud parum congruunt.

27—28. Haec nihil aliud esse putarem quam quae ascripsi Taciti verba paululum amplificata, nisi cum Suetonii narratione consonare mihi viderentur. Quare reliquias arbitror esse fontis secundarii ante perlecti [5]).

---

[1]) Non solum *καθάπερ ἐν κλύδωνι* et *fluctuantis*, sed etiam *δεῦρο κἀκεῖ* et *huc illuc* in unum competunt.

[2]) *Πρῶτον ἱππεῖς, εἶτα ὁπλῖται* Tacito non repugnat, cuius *truces armis, rapidi equis* minus definite dictum est quam ut solos equites putes significari.

[3]) De quo verbo cfr. Heraeus ad Tac. Hist. I 53, 13. Hardy non recte *τὸν ἰδιώτην* »the usurper« dicit. — Groag p. 743 nullius momenti discrepantiam in maius extollit: »Nach P. zerstreute sich das letztere (das Volk) auf die blosse Aufforderung der Truppen hin: aus T. gewinnt man den Eindruck, dass es mit Gewalt auseinandergetrieben wurde«; item p. 766. — Cfr. adn. 5.

[4]) *Θέαν καταλαμβάνειν*, quod an dici non possit dubitat Lezius p. 59 adn. 1, est locum occupare. Cf. quos Hardy profert locos, Demosth. contr. Mid. 178. *θέαν τινὸς καταλαμβάνοντος* et de Cor. 28.

[5]) Suetonium Lezius p. 59 sq. neglegit, cum hanc pugnae descriptiunculam vulgarem vocat.

1—4. Haec ex iis Taciti verbis orta sunt, quibuscum quamvis coartata mirandum in modum concinunt; et differt Suetonius [1]).

4—5. Taciti Plutarchus contraxit narrationem. Nam haec illius quam Suetonii verbis similiora sunt [2]).

5—10. Haec maximam partem ad verbum ex Historiis sunt expressa [3]).

10—14. Responsum Attici, quod praeter Plutarchum a nullo memoriae proditum est, commenticium esse non est incredibile [4]). Nam quae sequuntur, *καὶ τοῦ — ἐκομίζετο*, eadem sunt apud Tacitum. Deinde quod de consilio Galbae Plutarchus adicit, utrum id e Tac. I 39 an aliunde cognitum habuerit, disceptari non potest. Neque vero cum ceteris adeo coniunctum et copulatum est, ut ex secundario fonte defluere nequierit.

14—16. Etsi haec loco Taciteo ad verbum non respondent, ad ea tamen apparet Plutarcho alio non fuisse opus auctore [5]).

---

[1]) Cfr. Fabia p. 139 adn. 2; de *Ἰκέλου* idem p. 28 adn 1.

[2]) Cfr. *ἀνῃρημένου τοῦ Ὄθωνος ἐν τῷ στρατοπέδῳ* P., *occisum in castris Othonem* T.; *oppressos qui tumultuarentur* S.

[3]) Cfr. *Ἰούλιος Ἄττικος τῶν οὐκ ἀσήμων ἐν τοῖς δορυφόροις* (h. e. *speculator*, non, quod vult Fabia p. 28, »un officier»; vid. Sickinger p. 86, Hardy ad hunc locum et ad G. 24 v. 1) P., *Iulius Atticus speculator* T.; *militi cuidam* S. Deinde *βοῶν* P., *exclamavit* T.; *glorianti* S. — *Ἔδειξε* P., *ostentans* T.; *ἀνατείνων* Dion. Cass. LXIV 6. — *Τίς σε ἐκέλευσε;* P., *quis iussit?* T.; *quo auctore?* S. — De ordine rerum a Plutarcho conturbato vid. Lezius p. 55 sq., Fabia p. 28.

[4]) Concedit hoc Hardy, communis fontis defensor, in adn.: »It looks like a rhetorical flourish added by P.» Secus Fabia p. 28.

[5]) Quamquam Lezio p. 57 credendum non est *τροπαία* nihil aliud esse nisi *vocibus in urbem usque resonantibus* I 39.

V. 16—18 et 18—20[1]) propter conspicuam similitudinem e Tacito ortos esse necesse est.

20—22. Haec non fluxerunt e Tacito. Argumento sunt quae in Historiis desiderantur, *διὰ τῆς Παύλου βασιλικῆς*[2]) et *μιᾷ* — *ἰδιώτην*, ubi *τὸν ἰδιώτην* idem est ac Suetonii *paganorum*[3]). Sed facile haec iis, quae de Tacito sumpta erant, interponi potuerunt.

23—25. Haec vero alio transposita tamen olent unde sint[4]).

V. 25—27 item emanaverunt a Tacito, cuius cum verbis haud parum congruunt.

27—28. Haec nihil aliud esse putarem quam quae ascripsi Taciti verba paululum amplificata, nisi cum Suetonii narratione consonare mihi viderentur. Quare reliquias arbitror esse fontis secundarii ante perlecti[5]).

---

1) Non solum *καθάπερ ἐν κλύδωνι* et *fluctuantis*, sed etiam *δεῦρο κἀκεῖ* et *huc illuc* in unum competunt.

2) *Πρῶτον ἱππεῖς, εἶτα ὁπλῖται* Tacito non repugnat, cuius *truces armis, rapidi equis* minus definite dictum est quam ut solos equites putes significari.

3) De quo verbo cfr. Heraeus ad Tac. Hist. I 53, 13. Hardy non recte *τὸν ἰδιώτην* »the usurper« dicit. — Groag p. 743 nullius momenti discrepantiam in maius extollit: »Nach P. zerstreute sich das letztere (das Volk) auf die blosse Aufforderung der Truppen hin: aus T. gewinnt man den Eindruck, dass es mit Gewalt auseinandergetrieben wurde«; item p. 766. — Cfr. adn. 5.

4) *Θέαν καταλαμβάνειν*, quod an dici non possit dubitat Lezius p. 59 adn. 1, est locum occupare. Cf. quos Hardy profert locos, Demosth. contr. Mid. 178 *θέαν τινὸς καταλαμβάνοντος* et de Cor. 28.

5) Suetonium Lezius p. 59 sq. neglegit, cum hanc pugnae descriptiunculam vulgarem vocat.

29—38. Simillima sunt *insignem* — *vidit* et *ἀνδρός* — *ἡγεμονίας*; neque inter se dissona *stricto* — *voce* et *τὸ κλῆμα* — *ξίφος*[1]. Hanc descriptionem et lumen illud ab alio auctore ad verbum transtulisse Tacitum piget opinari. Plutarchum autem, quod Galbae, non Pisoni, Sempronium succurrisse tradit, falli inter omnes fere constat[2]. Eiusdem modi memoriae errore lapsus plagam Vinii in poplitem icti Sempronio imponit. Illud vero de vite a centurione sublata (*τὸ κλῆμα κ. τ. λ.*) ipse, ut qui Romanorum cultum militarem vidisset, Plutarchus appinxit; item *οὐδὲν* — *βοηθῶν*, qualia ut virtutis magister non raro addidit: vid. ad O. 17 v. 31 sqq. Omnino hunc locum e memoria paulo liberius videtur exposuisse[3].

P. G. c. 27.

1—9 *Τὸν δὲ Γάλβαν ἀποκλιθέντος τοῦ φορείου περὶ τὸν Κούρτιον καλούμενον λάκκον ἐκκυλισθέντα τεθωρακισμένον ἔτυπτον ἐπιδραμόντες*[4].

I 41 *Iuxta Curtii lacum trepidatione ferentium Galba proiectus e sella ac provolutus est.* (Cfr. paulo infra *nam pectus tegebatur* et I 35 *sumpto thorace.*)

---

[1]) *Φείδεσθαι τοῦ αὐτοκράτορος* respondet verbis Taciti *scelus exprobrans* (contra Groagium p. 745 adn. 2); *τὸ ξίφος*, ut fit apud Plutarchum, hoc loco est *pugio* (Germanorum »Dolch«, non »Schwert«); cfr. quae ad P. O. 17 v. 2 dicturus sum (contra Groagium p. 745).

[2]) Firmissima Lezii et Fabiae argumenta repetere nolui, q. v.; cfr. etiam Woelfflin Comp. p. 37 sq. Unus dissentit Groag p. 744 sq., qui scriptores cognatione coniunctos more suo negat. Quodsi Plutarchus alium auctorem secutus esset, qui hae tantae similitudines oriturae fuerint, non intellego. — Xiphilinus LXIV 6 Plutarchum videtur adhibuisse; cfr. Mommsen p. 306 adn. 2, Krauss p. 30 sq., Fabia p. 166.

[3]) Cfr. Praefatio. — De *aetas* — *vidit* Muenzer p. 327 adn. 1.

[4]) Cfr. Suet. G. 20 *Iugulatus est ad lacum Curtii.*

Ὁ δὲ τὴν σφαγὴν προτείνας „Δρᾶτε“ εἶπεν „εἰ τοῦτο τῷ δήμῳ Ῥωμαίων ἄμεινόν ἐστι“ [1]).

Extremam eius vocem, ut cuique odium aut admiratio fuit, varie prodidere. Alii suppliciter interrogasse, quid mali meruisset, <et> paucos dies exsolvendo donativo deprecatum: plures obtulisse ultro percussoribus iugulum: agerent ac ferirent, si ita <e> re publica videretur. Non interfuit occidentium quid diceret.

Πολλὰς μὲν οὖν ἔλαβε πληγὰς εἴς τε τὰ σκέλη καὶ τοὺς βραχίονας, ἀπέσφαξε δὲ αὐτόν, ὡς οἱ πλεῖστοι λέγουσι, Καμούριός τις ἐκ τοῦ πεντεκαιδεκάτου τάγματος. Ἔνιοι δὲ Τερέντιον, οἱ δὲ Λεκάνιον ἱστοροῦσιν,

De percussore non satis constat: quidam Terentium evocatum, alii Laecanium; crebrior fama tradidit Camurium quintae decumae legionis militem inpresso gladio iugulum eius hausisse. Ceteri crura brachiaque (nam pectus tegebatur) foede laniavere e. q. s.

9—17 οἱ δὲ Φάβιον Φάβουλον, ὃν καί φασιν ἀποκόψαντα τὴν κεφαλὴν κομίζειν τῷ ἱματίῳ συλλαβόντα διὰ τὴν ψιλότητα δυσπερίληπτον οὖσαν· ἔπειτα τῶν σὺν αὐτῷ κρύπτειν οὐκ ἐώντων, ἀλλ' ἐκφανῆ πᾶσι ποιεῖν τὴν ἀνδραγαθίαν, περιπείραντα περὶ λόγχην καὶ ἀναπήλαντα πρεσβύτου πρόσωπον ἄρχοντός τε κοσμίου καὶ ἀρχιερέως καὶ ὑπάτου δρόμῳ χωρεῖν, ὥσπερ αἱ βάκχαι, πολλάκις μεταστρεφόμενον καὶ κραδαίνοντα τὴν λόγχην αἵματι καταρρεομένην [2]).

Cfr. I 44 *Praefixa contis capita gestabantur inter signa cohortium iuxta aquilam legionis.*

(Cfr. I 40 *imperatorem suum inermem et senem.*)

---

[1]) Cfr. S. l. l. *Sunt qui tradant ad primum tumultum proclamasse eum: 'Quid agitis commilitones? ego vester sum et vos mei!' donativum etiam pollicitum. Plures autem prodiderunt obtulisse ultro iugulum et ut hoc agerent ac ferirent, quando ita videretur, hortatum.*

[2]) Cfr. S. l. l. *relictus ita uti erat, donec gregarius miles a frumentatione rediens abiecto onere caput ei amputavit; et quoniam ca-*

17—20 *Τὸν δ' Ὄθωνα, τῆς κεφαλῆς κομισθείσης, ἀνακραγεῖν λέγουσιν „Οὐδέν ἐστι τοῦτο, ὦ συστρατιῶται, τὴν Πείσωνός μοι κεφαλὴν δείξατε." Μετ' ὀλίγον δὲ ἧκε κομιζομένη·*

Cfr. I 43 *missu Othonis nominatim in caedem eius ardentis.* I 44 *Nullam caedem Otho maiore laetitia excepisse, nullum caput tam insatiabilibus oculis perlustrasse dicitur.*

20—22 *τρωθεὶς γὰρ ἔφευγεν ὁ νεανίσκος καὶ καταδιωχθεὶς ὑπὸ Μούρκου τινὸς ἀπεσφάγη πρὸς τῷ ἱερῷ τῆς Ἑστίας.*

I 43 (Sempronius Densus) *quamquam vulnerato Pisoni effugium dedit. Piso in aedem Vestae pervasit, . . . cum advenere missu Othonis nominatim in caedem eius ardentis Sulpicius Florus e Britannicis cohortibus, nuper a Galba civitate donatus, et Statius Murcus speculator, a quibus protractus Piso in foribus templi trucidatus* <*est*>.

22—25 *Ἀπεσφάττετο δὲ καὶ Οὐίνιος ὁμολογῶν κοινωνὸς γεγονέναι τῆς ἐπὶ τὸν Γάλβαν συνωμοσίας· ἐβόα γὰρ ἀποθνήσκειν παρὰ τὴν Ὄθωνος γνώμην.*

I 42 *Titum inde Vinium invasere, de quo et ipso ambigitur, consumpseritne vocem eius instans metus, an proclamaverit non esse ab Othone mandatum ut occideretur. Quod seu finxit formidine seu conscientiam coniurationis confessus est, huc potius eius vita famaque inclinat, ut conscius sceleris fuerit, cuius causa erat. Ante aedem divi Iulii iacuit primo ictu in poplitem, mox ab Iulio Caro legionario milite in utrumque latus transverberatus.*

25—34 *Ἀλλὰ γὰρ καὶ τούτου τὴν κεφαλὴν ἀποτεμόντες καὶ Λάκωνος ἐκόμισαν πρὸς τὸν Ὄθωνα*

I 44 *Praefixa contis capita gestabantur inter signa cohortium iuxta aquilam legionis, certatim*

---

pillo arripere non poterat, in gremium addidit, mox inserto per os pollice ad Othonem detulit. Ille lixis calonibusque donavit, qui hasta suffixum non sine ludibrio circum castra portarunt e. q. s.

δωρεὰς αἰτοῦντες. Ὥς δέ φησιν Ἀρχίλοχος·

ἑπτὰ γὰρ νεκρῶν πεσόντων, οὓς ἐμάρψαμεν ποσίν,
χίλιοι φονῆες ἐσμέν·

οὕτως τότε πολλοὶ τοῦ φόνου μὴ συνεφαψάμενοι, χεῖρας δὲ καὶ ξίφη καθαιμάσσοντες ἐπεδείκνυντο καὶ δωρεὰς ᾔτουν βιβλία διδόντες τῷ Ὄθωνι. Εἴκοσι γοῦν καὶ ἑκατὸν εὑρέθησαν ὕστερον ἐκ τῶν γραμματίων, οὓς ὁ Οὐϊτέλλιος ἀναζητήσας ἅπαντας ἀπέκτεινεν[1]).

ostentantibus cruentas manus qui occiderant, qui interfuerant, qui vere qui falso ut pulchrum et memorabile facinus iactabant. Plures quam centum viginti libellos praemium exposcentium ob aliquam notabilem illa die operam Vitellius postea invenit, omnesque conquiri et interfici iussit.

34—42 Ἧκε δὲ καὶ Μάριος Κέλσος εἰς τὴν παρεμβολήν. Καὶ πολλῶν αὐτοῦ κατηγορούντων, ὅτι τοὺς στρατιώτας ἔπειθε τῷ Γάλβᾳ βοηθεῖν, καὶ τοῦ πλήθους ἀποκτιννύειν βοῶντος, Ὄθων οὐκ ἐβούλετο· φοβούμενος δὲ ἀντιλέγειν οὐχ οὕτως ἔφη ταχέως ἀποκτενεῖν αὐτόν· εἶναι γὰρ ἃ δεῖ πρότερον ἐκπυθέσθαι παρὰ τοῦ ἀνδρός. Ἐκέλευσεν οὖν δήσαντας φυλάττειν καὶ παρέδωκε τοῖς μάλιστα πιστευομένοις.

I 45 *ruere cuncti in castra... Marium Celsum, consulem designatum et Galbae usque in extremas res amicum fidumque, <ad> supplicium expostulabant, industriae eius innocentiaeque quasi malis artibus infensi. Caedis et praedarum initium et optimo cuique perniciem quaeri apparebat, sed Othoni nondum auctoritas inerat ad prohibendum scelus: iubere iam poterat. Ita simulatione irae vinciri iussum et maiores poenas daturum adfirmans praesenti exitio subtraxit.*

Hoc caput, per quod universum Plutarchus cum Tacito consentit atque ubi multae et magnae occurrunt similitudines, de Tacito haustum est. Excipitur unus de Fabullo locus (v. 9—17), haud scio an etiam v.

---

[1]) Cfr. Suet. Vit. 10 *Centum autem atque viginti, quorum libellos Othoni datos invenerat exposcentium praemium ob editam in caede Galbae operam, conquiri et supplicio adfici imperavit.*

17—20. Extremo capite de Mario Celso parum diligens fuit Plutarchus.

V. 1—9 geniti sunt ex Tacito, quocum multo magis quam cum Suetonio Plutarchus concinit[1]).

9—17. Haec aliunde[2]) Plutarchus assuit; quae cum narratione e Tacito orta ita non in unum coaluerunt, ut etiam nunc quasi sutura cernatur (*ἱστοροῦσιν, οἱ δέ*).

V. 17—20 utrum eidem fonti secundario, unde illud de Fabio Fabullo sumptum est, an Plutarcho ipsi narrationem Taciti exornanti ascribi oporteat, non facile diiudicatur[3]).

V. 20—22 e Tacito manaverunt, apud quem quod desideretur nihil habent.

22—25. De Vinii interitu cum duplex prodita esset memoria, Plutarchus hic quoque (vid. adn. 1) ea praebet, quae eadem Tacitus putat veri similiora.

V. 25—34 ex Tacito fluxerunt, cuius cum *certatim — iactabant* et *plures — iussit* mire quam congruunt *οὕτως — ἐπεδείκνυντο* et *δωρεὰς ᾔτουν — ἀπέκτεινεν,* quae non sunt aeque similia apud Suetonium[4]). In

---

[1]) Etiam Suetonius hoc loco Tacitum videtur inspexisse; cfr. Groag p. 767 adn. 5 de Suetonii *plures autem prodiderunt.* — Plutarchus qua est animi benevolentia e duobus de extrema Galbae voce testimoniis laudabile unum elegit: sic recte Peter p. 30 sq., Nissen p. 509 adn. 1, Fabia p. 31, Woelfflin Comp. p. 48; Tacitum huic ipsum quoque notandum est plus tribuere fidei *(plures).*

[2]) Et quidem ex auctore Suetonii; quamquam ne hoc quidem loco satis videtur diligens fuisse Plutarchus: cfr. Lezius p. 63 sq., Fabia p. 31 adn. 2, p. 132 adn. 2. Ratio nostra Fabiam p. 148 non est quod offendat. — Cfr. etiam Tac. IV 42 (Muenzer p. 322).

[3]) Lezius etiam dubitat, p. 64 sq.

[4]) Plutarchus et Tacitus haec in eodem habent rerum contextu; cfr. Woelfflin Comp. p. 39 sq., qui tamen non recte Plutar-

Laconis exitu Plutarchus qua est neglegentia erravit [1]; Archilochi versus pro consuetudine sua ipse protulit.

34—42. Locum Taciteum Plutarchus non satis accurate reddidit. Nam quod scriptores in obvia similitudine [2] de causa tamen ab Othone interposita non nihil discrepant — Otho enim apud Tacitum simulatione irae Celsum maiores poenas daturum, apud Plutarchum amplius ex Celso quaerendum adfirmat --, difficilis ea ratio est ad explicandum, nisi Plutarchum minus diligenter fontem expressisse statuimus; quem fontem Tacitum fuisse e summa in ceteris convenientia intellegitur [3].

---

chum Vitellii de vita negat scripsisse, vid. Praefationis initium. — Plutarchi *ὕστερον* et *postea* Taciti non minus quam *ἅπαντας* et *omnes* inter se cohaerent, quae apud Suetonium non reperiuntur. *Plures quam* et a Plutarcho et a Suetonio neglectis Fabiae p. 159 adn. 2 vix erat instandum.

1) Vid. Tac. I 46 *Laco praefectus, tamquam in insulam seponeretur, ab evocato, quem ad caedem eius Otho praemiserat, confossus.* Recte Fabia p. 32: »P. est ici inexact, parce qu'il a trop voulu résumer». Cfr. Hardy ad hunc locum; aliter Groag p. 745.

2) Cfr. *τοῦ πλήθους ἀποκτιννύειν βοῶντος*, *ad supplicium expostulabant*; *φοβούμενος δὲ ἀντιλέγειν*, *sed Othoni nondum auctoritas inerat ad prohibendum scelus*; *οὐχ οὕτως ἔφη ταχέως ἀποκτενεῖν αὐτόν*, *praesenti exitio subtraxit*; *ἐκέλευσεν ὑν δήσαντας φυλάττειν*, *vinciri iussum.*

3) Cfr. Lezius p. 68. — *Τοῖς μάλιστα πιστευομένοις*, licet adversetur Fabia, facundiae Plutarchi tribuo; nam talia Plutarchus addere consuevit, cfr. Praefatio. Quod Fabia p. 33 et 275 tamquam graviorem rem adfert Plutarchum solum, quid criminis Vinio illatum sit, declarare, nihil attinet; cfr. Tac. I 31 v. 4 et Lezius p. 67. Quae vero sint morte *maiores poenae*, docet Suet. Cal. 30 *(ita feri ut se mori sentiat)*, Tib. 61 extr.; cfr. etiam Orellius.

P. G. c. 28.

1—6 *Εὐθὺς δὲ βουλὴ συνεκαλεῖτο. Καὶ καθάπερ ἄλλοι γεγονοτες ἢ θεῶν ἄλλων γεγονότων συνελθόντες ὤμνυον ὅρκον ὑπὲρ τοῦ Ὄθωνος, ὃν αὐτὸς ὀμόσας οὐκ ἐτήρησε· καὶ Καίσαρα καὶ Σεβαστὸν ἀνηγόρευον ἔτι τῶν νεκρῶν ἀκεφάλων ἐν ταῖς ὑπατικαῖς ἐσθῆσιν ἐρριμμένων ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς.*

6—16 *Ταῖς δὲ κεφαλαῖς ὡς οὐδὲν εἶχον ἔτι χρῆσθαι, τὴν μὲν Οὐινίου τῇ θυγατρὶ δισχιλίων καὶ πεντακοσίων δραχμῶν ἀπέδοντο, τὴν δὲ Πείσωνος ἡ γυνὴ ἔλαβεν Οὐεραvία δεηθεῖσα, τὴν δὲ Γάλβα τοῖς Πατροβίου*[1] *δούλοις ἐδωρήσαντο. Λαβόντες δὲ ἐκεῖνοι καὶ πάντα τρόπον αἰκισάμενοι καὶ καθυβρίσαντες ἔρριψαν ἢ τοὺς ὑπὸ τῶν Καισάρων κολαζομένους θανατοῦσιν· ὁ δὲ τόπος Σεσσώριον καλεῖται. Τὸ δὲ σῶμα τοῦ Γάλβα Πρίσκος Ἑλβίδιος ἀνείλετο τοῦ Ὄθωνος ἐπιτρέψαντος· ἔθαψε δὲ νυκτὸς Ἀργεῖος ἀπελεύθερος*[2].

I 47 *vocat senatum praetor urbanus.* I 45 *Alium crederes senatum, alium populum.*

I 47 *adcurrunt patres: decernitur Othoni tribunicia potestas et nomen Augusti et omnes principum honores.*

I 47 *cruento adhuc foro per stragem iacentium.*

I 47 *Pisonem Verania uxor ac frater Scribonianus, Titum Vinium Crispina filia composuere, quaesitis redemptisque capitibus, quae venalia interfectores servaverant.*

I 49 *Galbae corpus diu neglectum et licentia tenebrarum plurimis ludibriis vexatum dispensator Argius e primoribus servis humili sepultura in privatis eius hortis contexit. Caput per lixas calonesque confixum laceratumque ante Patrobii tumulum (libertus is Neronis punitus a Galba fuerat) postera demum die repertum et cremato iam corpori admixtum est.* Cfr. I 47 *Otho . . . concedi corpora sepulturae cremarique permisit.*

---

[1]) De *καὶ Οὐιτελλίου* a me deleto cfr. Hardy.

[2]) Cfr. Suet. G. 20 *Ab iis Patrobii Neroniani libertus centum aureis redemptum eo loco, ubi iussu Galbae animadversum in patronum suum fuerat, abiecit. Sero tandem dispensator Argivus et hoc et ceterum truncum in privatis eius hortis Aurelia via sepulturae dedit.*

1—6. Haec propter magnas similitudines [1]), quae facile evitari potuerunt, a Tacito profecta sint necesse est.

6—16. Congruunt, sed communem fontem hoc loco adhibitum esse e maiore Plutarchi rerum copia [2]) et e comparatione Suetonii efficitur [3]). Quod Tacitus facinus Helvidii plane neglegit, inde Lezius quidem p. 71 concludit diversos fuisse fontes; sed illud cur omittere non licuerit Tacito, equidem non queo intellegere [4]). Praeterea *Otho permisit* I 47 eodem spectat ac Plutarchi *τοῦ Ὄθωνος ἐπιτρέψαντος*.

Rursus illud confirmatur, Tacitum, ubi fontem communem subesse certum est, sua scribendi ratione usum nimias effugisse similitudines.

P. G. c. 29.

Hoc Plutarchum capite, ut quasi funebrem Galbae laudationem redderet, cum indulgeret eloquentiae magis quam rebus, consentaneum est longius solito a verbis fontium aberrasse. Frustra igitur et Lezius p. 71 sqq. horum omnium originem a Tacito et Fabia p. 35 sq. ab auctore communi repetere conantur, neque

---

[1]) Cfr. duplex *ἄλλοι* P., duplex *alium* T.; deinde uterque in foro iacentes Othoni principi opponit. — Cfr. Fabia p. 34.

[2]) *͵βφ΄ δραχμῶν, δεηθεῖσα, ἐδωρήσαντο, Σεσσώριον, Πρίσκος Ἑλβίδιος ἀνείλετο.*

[3]) Cfr. *ἔρριψαν* P. cum *abiecit* S. — Quod Suetonius caput Galbae centum aureis redemptum, donatum Plutarchus tradit, illum in hoc peccasse crediderim falsoque pretium pro capite Vinii solutum ad Galbae rettulisse. Neque enim libertos Neronianorum post donationes exactas adeo pecunia abundasse probabile est.

[4]) Auctoris communis erratum a Tacito correctum esse Fabiae p. 35 aut Groagio p. 746 non assentior. Melius Hardy ad hunc locum.

iniuria Groag p. 746 Fabiae adversatur similitudines aucupanti. Quamquam non est negandum quaedam apud Plutarchum reperiri, quae a Tacito prognata esse videantur.

1 *Τοιαῦτα τὰ κατὰ τὸν Γάλβαν,*	I 49 *Hunc exitum habuit Servius Galba.*

Cfr. Woelfflin Comp. p. 15: »Die Parallele . . . wäre an sich unwichtig, wenn nicht die beiden Sätze genau an der nämlichen Stelle stünden». Haud aliter initio O. 16 *τοιαῦτα διαλεχθείς* respondet apud Tacitum *talia locutus.*

1—4 *ἄνδρα μήτε γένει μήτε πλούτῳ πολλῶν ἀπολειφθέντα Ῥωμαίων, ὁμοῦ δὲ πλούτῳ καὶ γένει πρωτεύσαντα πάντων τῶν καθ' αὐτόν,*	I 49 *Vetus in familia nobilitas, magnae opes.*

Neque horum concentus admirationem haberet, nisi in eodem plane orationis essent contextu.

4—5 *πέντε αὐτοκρατόρων ἡγεμονίαις ἐμβιώσαντα μετὰ τιμῆς καὶ δόξης.*	I 49 *quinque principes prospera fortuna emensus.*

Haec Plutarchi verba Taciteis cognata esse perspicuum est. Neque enim omnes historici, quot quisque principibus superstes fuerit, sua sponte computare assueverunt; quod non satis consideravit Groag p. 746 adn. 4. Quae res quo certior sit, animadvertendum est illis *μετὰ τιμῆς καὶ δόξης* respondere *prospera fortuna* [1]).

[1]) Cfr. Woelfflin Comp. p. 15 sq.: Cornelius, Quomodo Tacitus, historiarum scriptor, in hominum memoria versatus sit,

P. O. c. 1.

1—2 *Ὁ δὲ νεώτερος αὐτοκράτωρ ἅμ' ἡμέρᾳ προελθὼν εἰς τὸ Καπιτώλιον ἔθυσε·*

I 71 *in Capitolium.*

2—10 *καὶ κελεύσας Μάριον Κέλσον ἀχθῆναι πρὸς αὐτὸν ἠσπάσατο καὶ διελέχθη φιλανθρώπως, καὶ παρεκάλεσε τῆς αἰτίας ἐπιλαθέσθαι μᾶλλον ἢ τῆς ἀφέσεως μνημονεύειν. Τοῦ δὲ Κέλσου μήτ' ἀγεννῶς ἀποκριναμένου μήτ' ἀναισθήτως, ἀλλὰ φήσαντος αὐτὸ τοῦ τρόπου διδόναι τὸ ἔγκλημα πίστιν, ἐγκεκλῆσθαι γὰρ ὅτι Γάλβᾳ βέβαιον ἑαυτὸν παρέσχεν, ᾧ χάριν οὐδεμίαν ὤφειλεν, ἠγάσθησαν οἱ παρόντες ἀμφοτέρων καὶ τὸ στρατιωτικὸν ἐπῄνεσεν.*

I 71 *Marium Celsum . . . acciri in Capitolium iubet; clementiae titulus e viro claro et partibus inviso petebatur. Celsus constanter servatae erga Galbam fidei crimen confessus, exemplum ultro imputavit. Nec Otho quasi ignosceret, sed ne hostem metueret, conciliationes adhibens, statim inter intimos amicos habuit . . . Laeta primoribus civitatis, celebrata in vulgus Celsi salus ne militibus quidem ingrata fuit, eandem virtutem admirantibus, cui irascebantur.*

10—11 *Ἐν δὲ συγκλήτῳ πολλὰ δημοτικὰ καὶ φιλάνθρωπα διαλεχθείς,*

11—14 *ὃν μὲν αὐτὸς ὑπατεύειν χρόνον ἤμελλε, τούτου μέρος ἔνειμεν Οὐεργινίῳ Ῥούφῳ, τοῖς δὲ ἀποδεδειγμένοις ὑπὸ Νέρωνος ἢ Γάλβα πᾶσιν ἐτήρησε τὰς ὑπατείας.*

I 77 *Consul cum Titiano fratre in kalendas Martias ipse; proximos menses Verginio destinat . . . Ceteri consulatus ex destinatione Neronis aut Galbae mansere . . .*

14—16 *Ἱερωσύναις δὲ τοὺς καθ' ἡλικίαν προήκοντας ἢ δόξαν ἐκόσμησε.*

Sed Otho pontificatus auguratusque honoratis iam senibus cumulum dignitatis addidit, aut recens ab exsilio reversos nobiles adulescentulos avitis ac paternis sacerdotiis in solacium recoluit.

---

diss. Marp. a. 1888, p. 3: »Hi loci inter se comparati Plutarchum Tacito auctore usum esse luculenter nos docent, quoniam locum, quem hic non e fontibus, sed ex sua ipsius reputatione hausit, apud illum fere ad verbum exscriptum invenimus« e. q. s.

16—18 *Τοῖς δὲ ἐπὶ Νέρωνος φυγοῦσι καὶ κατελθοῦσιν ἐπὶ Γάλβα συγκλητικοῖς πᾶσιν ἀπέδωκεν ὅσα μὴ πεπραμένα τῶν κτημάτων ἑκάστων ἐξεύρισκεν.*

18—21 *Ὅθεν οἱ πρῶτοι καὶ κράτιστοι πεφρικότες πρότερον, ὡς οὐκ ἀνδρός, ἀλλά τινος ἢ Ποινῆς ἢ παλαμναίου δαίμονος ἄφνω τοῖς πράγμασιν ἐπιπεπτωκότος,*

21—22 *ἡδίους ἐγένοντο ταῖς ἐλπίσι πρὸς τὴν ἡγεμονίαν ὥσπερ διαμειδιῶσαν.*

I 90 *Pridie idus Martias commendata patribus re publica reliquias Neronianarum sectionum nondum in fiscum conversas revocatis ab exsilio concessit.*

I 50 *Tum duos omnium mortalium inpudicitia ignavia luxuria deterrimos velut ad perdendum imperium fataliter electos non senatus modo et eques . . . maerere.*

Cfr. I 71 *laeta primoribus civitatis . . . Celsi salus.*

V. 1—2 alterius fontis prius a Plutarcho perlecti crediderim esse vestigium. Nam quod recentem a caede Othonem in Capitolium vectum scribit Tacitus I 47, quin illum cum eodem die tum postero in Capitolio immolasse accipiamus, nihil impedit. Neque enim Tacito fidem abrogare velim cum Fabia p. 36[1]), et confirmat Plutarchi narrationem Suetonius O. 7 *postridie quoque in augurando* e. q. s., falso ut Lezius p. 74 ipsi eam addicere videatur [2]). Ac ne Tacitus quidem cruento illo die confecto quicquam prius Othonem fecisse tradit quam Celsum in Capitolium advocasset; itaque Plutarcho hoc ad primum imperii integrum diem referenti non repugnat[3]). Sic *εἰς τὸ Καπιτώλιον* tan-

---

[1]) Cfr. Groag p. 745.

[2]) Testem non satis locupletem mitto Xiphilinum, qui iam caedis die sacrificantem facit Othonem (LXIV 7).

[3]) Quamquam Tacitus ut solet diem non ascripsit. — Errasse auctorem Plutarchi Groag p. 748 sq. mihi non persuasit. — Lezius p. 76 adn. 1 cum Kraussio alium fontem statuente nollem esset digladiatus.

tummodo cum I 71 *in Capitolium*, non cum I 47, comparandum est.

V. 2—10 ex uno Tacito pendent; nimis enim similes sunt[1]). Fac adhibitum fontem communem; sequetur ut ne *fidei crimen* quidem illud ab ipso Tacito inventum sit; quod minime veri simile est (cfr. I 59 *damnatos fidei crimine*)[2]). Quid autem obstat, quo minus haec e Tacito fluxisse existimes? Nam quod probabilius id videtur, quod narrat Plutarchus, priorem Othonem, deinde Celsum locutum esse[3]), facillime hunc ordinem ab ipso restitui potuisse apertum est; qui autem uberiorem esse Plutarchi narrationem opponunt[4]), qui mos a veteribus in orationibus reddendis sit servatus, non meminerunt[5]).

10—11. Haec ad orationem pridie in senatu ab Othone habitam referri non possunt, quam non longam fuisse cognoscitur ex Suet. O. 7 *positaque brevi ratione*[6]). Itaque quem ad modum toto principatu Otho

---

1) Cfr. *κελεύσας Μάριον Κέλσον ἀχθῆναι πρὸς αὐτόν* (audi *εἰς τὸ Καπιτώλιον*), *Marium Celsum acciri in Capitolium iubet*; *ἐγκεκλῆσθαι — παρέσχεν*, *fidei crimen*; *ἀλλὰ — πίστιν*, *ultro imputavit*; *ἠγάσθησαν*, *laeta primoribus civitatis* et *admirantibus*. Extrema de militibus concinunt. — Quae uterque Othonem loquentem facit, quia textus qui dicitur Taciti corruptus est, non possunt comparari.

2) Hanc sententiam vel Fabiae p. 308 sq. persuasum est ipsius esse Taciti.

3) Quo argumento Fabia p. 37 usus est.

4) Cfr. Hardy ad hunc locum. — Celsi laudes ut omitteret Plutarchus, casu accidit; cfr. ad O. 9 v. 29 (contra Fabiam p. 111 sq.).

5) De *ᾧ χάριν οὐδεμίαν ὤφειλεν*, vid. ad O. 17 v. 31 sqq. Temporis significationem solam e fonte communi fluxisse credibile est, cfr. Fabia p. 37 et supra ad v. 1—2.

6) Fugit id Groagium p. 718 sq., qui hoc loco probabilia omnino non proposuit. Cfr. ad O. 3 v. 2 sq.

apud patres se gesserit, his Plutarchus significat. Quae cum e rerum condicione fingere tum de alio auctore inserere potuit.

V. 11 18, ubi nullum fere verbum reperitur, cui quod respondeat non exstet apud Tacitum [1]), ex hoc fluxerunt. Atque in primis est notabilis similitudo secundi enuntiati (v. 14—16), ubi Plutarchus ἢ particula disiunctionis indice τοὺς κατὰ δόξαν προήκοντας significat esse *nobiles adulescentulos* [2]); ἢ respondet Taciteo *aut*. Itaque, si haec fonti communi assignamus, concedere cogimur Tacitum acta senatus non adisse, sed de iis, quae in senatu agebantur, priorem aliquem auctorem ad verbum exscripsisse. Quod ferri non potest; cfr. Praefatio.

18—21. Tacitum Plutarchus imitatus est (cfr. ἀλλά — ἐπιπεπτωκότος cum *velut* — *electos*).

21—22. Ob haec non opus erat fontem aliquem inspicere; notandum tamen est iis Taciti verbis, quae ascripsi, subnecti ea, quae respondent initio proximi apud Plutarchum capitis.

---

1) De συγκλητικοῖς cfr. Fabia p. 38: »P. a pu ajouter ce mot de lui-même». Equidem ex *nobiles* I 77 ortum puto. — De dispositione Plutarchi fusius egerunt Nissen, Groag p. 722 sq., alii; sed satis est Fabiae verba adferre, hominis communi fonti addicti: »qu'ici T. a respecté l'ordre chronologique de la source et que P. a fait un groupement systématique. On ne peut donc tirer de cet endroit aucun argument en faveur de la communauté de source: le récit de P. pourrait être dérivé du récit de T.». — Plutarchus in mentionem incidit reliquiarum, quae ab exsilio revocatis concessae sunt, cum de exsulibus sacerdotia adeptis agit.

2) Quod nondum animadversum est. Labitur igitur Groag p. 719: »die Auszeichnung junger Adeliger . . . erwähnt dieser (P.) nicht, obwohl ihn gewiss nichts veranlassen konnte, sie absichtlich zu übergehen» e. q. s.

P. O. c. 2.

1—3 Ὁμοῦ δὲ Ῥωμαίους πάντας οὐδὲν εὔφρανεν οὕτως οὐδὲ ᾠκειώσατο πρὸς αὐτὸν ὡς τὰ περὶ Τιγελλῖνον.

3—18 Ἐλελήθει μὲν γὰρ ἤδη κολαζόμενος αὐτῷ τῷ φόβῳ τῆς κολάσεως, ἣν ὡς χρέος ἀπῄτει δημόσιον ἡ πόλις, καὶ νοσήμασιν ἀνηκέστοις σώματος, αὐτάς τε τὰς ἀνοσίους καὶ ἀρρήτους ἐν γυναιξὶ πόρναις καὶ ἀκαθάρτοις ἐγκυλινδήσεις, αἷς ἔτι προσέσπαιρε δυσθανατοῦντος αὐτοῦ τὸ ἀκόλαστον ἐπιδραττόμενον, ἐσχάτην τιμωρίαν ἐποιοῦντο καὶ πολλῶν ἀντάξια θανάτων οἱ σωφρονοῦντες. Ἠνία δὲ τοὺς πολλοὺς ὅμως τὸν ἥλιον ὁρῶν μετὰ τοσούτους καὶ τοιούτους δι' αὐτὸν οὐχ ὁρῶντας. Ἔπεμψεν οὖν ἐπ' αὐτὸν ὁ Ὄθων εἰς τοὺς περὶ Σινόεσσαν ἀγρούς· ἐκεῖ γὰρ διῃτᾶτο πλοίων παρορμούντων, ὡς φευξόμενος ἀπωτέρω. Καὶ τόν γε πεμφθέντα χρυσίῳ πολλῷ πείθειν ἐπεχείρησε παρεῖναι· μὴ πεισθέντι δὲ δῶρα μὲν ἔδωκεν οὐδὲν ἧττον, ἐδεήθη δὲ ὑπομεῖναι, ἕως ἂν ἀποξύρηται τὸ γένειον· καὶ λαβὼν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐλαιμοτόμησεν.

I 72 *Par inde exsultatio disparibus causis consecuta inpetrato Tigellini exitio . , .*

populus . . . seditiosis vocibus strepere, donec Tigellinus accepto apud Sinuessanas aquas supremae necessitatis nuntio inter stupra concubinarum et oscula et deformes moras sectis novacula faucibus infamem vitam foedavit etiam exitu sero et inhonesto.

Omne caput ex fonte communi haustum est excepto initio, in quo alias quoque Plutarchum ad Tacitum se applicantem offendimus [1]); neque enim eadem

[1]) Vid. ad init. P. G. c. 29; Fabia p. 39 adn. 2.

transitione Tacitum uti ac fontem eius cogitandum est. Quae ratio nihil habet contorti. Et argumenta quidem, cum ea, quibus non ex diverso fonte, tum ea, quibus non a Tacito haec sumpsisse Plutarchus demonstratur, manifesta sunt[1]). Ille eundem in breve coegit fontem, quem hic addita de moribus declamatione fidelius expressit.

Cfr. P. G. c. 17 et Fabia p. 279.

P. O. c. 3. I.

1—2 *Οὕτω δὲ τῷ δήμῳ τὴν δικαιοτάτην ἡδονὴν ἀποδοὺς*

2 - 3 *ὁ Καῖσαρ αὐτὸς ἰδίας ἔχθρας οὐδενὶ τοπαράπαν ἐμνησικάκησε,*

I 47 *adnitentibus cunctis abolere convicia ac probra, quae promiscue iacta haesisse animo eius nemo sensit; omisisset offensas an distulisset, brevitate imperii in incerto fuit.*

3—11 *τοῖς δὲ πολλοῖς χαριζόμενος οὐκ ἔφευγε τὸ πρῶτον ἐν τοῖς θεάτροις Νέρων προσαγορεύεσθαι· καί τινων εἰκόνας Νέρωνος εἰς τοὐμφανὲς προθεμένων οὐκ ἐκώλυσε. Κλούβιος δὲ Ῥοῦφος εἰς Ἰβηρίαν φησὶ κομισθῆναι διπλώματα, οἷς ἐκπέμπουσι τοὺς γραμ-*

I 78 *creditus est etiam de celebranda Neronis memoria agitavisse spe vulgum adliciendi. Et fuere qui imagines Neronis proponerent: atque etiam Othoni quibusdam diebus populus et miles, tamquam nobilitatem ac decus adstruerent, Neroni Othoni adcla-*

---

[1]) Cum summa per totum caput congruentia cernatur, desiderantur tamen apud Tacitum ea, quae Plutarchus praebet de morbo Tigellini, de navibus ad ancoras stantibus, de consilio nuntios pecunia corrumpendi, de causa a Tigellino illata; quae partim cum ceteris artius quam ut aliunde interposita sint cohaerent, partim apud Tacitum brevius significata sunt. — Clasonio p. 44 **πλοίων κ. τ. λ.** ex *Sinuessanis aquis* parum perspectis fluxisse somnianti miror assentiri Lezium p. 80 adn. 1, qui tamen etiam communem fontem statuit.

ματηφόρους, τὸ τοῦ Νέρωνος θετὸν ὄνομα προσγεγραμμένον ἔχοντα τῷ τοῦ Ὄθωνος. Οὐ μὴν ἀλλὰ τοὺς πρώτους καὶ κρατίστους αἰσθόμενος ἐπὶ τούτῳ δυσχεραίνοντας ἐπαύσατο[1]).

mavit. Ipse in suspenso tenuit, vetandi metu vel adgnoscendi pudore.

II.

11—16 Τοιαύτην δὲ τῆς ἡγεμονίας κατάστασιν αὐτῷ λαμβανούσης οἱ μισθοφόροι χαλεποὺς παρεῖχον ἑαυτούς, ἀπιστεῖν παρακελευόμενοι καὶ φυλάττεσθαι καὶ κολούειν τοὺς ἀξιολόγους, εἴτ' ἀληθῶς φοβούμενοι δι' εὔνοιαν, εἴτε προφάσει χρώμενοι ταύτῃ τοῦ ταράττειν καὶ πολεμοποιεῖν[2]).

I 80 Parvo interim initio, unde nihil timebatur, orta seditio prope urbi excidio fuit.

16—19 Κρισπῖνον δὲ πέμψαντος αὐτοῦ τὴν ἑπτακαιδεκάτην σπεῖραν Ὠστίας ἀπάξοντα, κἀκείνου νυκτὸς ἔτι συσκευαζομένου καὶ τὰ ὅπλα ταῖς ἁμάξαις ἐπιτιθέντος[3]),

Septumam decumam cohortem ex colonia Ostiensi in urbem acciri Otho iusserat; armandae eius cura Vario Crispino tribuno e praetorianis data. Is quo magis vacuus quietis castris iussa exsequeretur, vehicula cohortis inci-

---

[1]) Cfr. Suet. O. 7 *ab infima plebe appellatus Nero, nullum indicium recusantis dedit, immo, ut quidam tradiderunt, etiam diplomatibus primisque epistulis suis ad quosdam provinciarum praesides Neronis cognomen adiecit. Certe et imagines statuasque eius reponi passus est* e. q. s.; Xiph. LXIV 8, 2. — Cfr. etiam Tac. II 65, de quo haud absurde Groag, Paul. Wiss. IV p. 122: »vielleicht enthält P. O. 3 seine [des Cl. R.] Rechtfertigung«.

[2]) Cfr. Suet. O. 8 *Verum haud dubio bello . . . animum fidemque erga se praetorianorum paene internecione amplissimi ordinis expertus est.*

[3]) Cfr. Suet. O. 8 *Placuerat per classiarios arma transferri remittique navibus; ea cum in castris sub noctem promerentur,*

piente nocte onerari aperto armamentario iubet.

19—23 *οἱ θρασύτατοι πάντες ἐβόων οὐδὲν ὑγιὲς τὸν Κρισπῖνον ἥκειν διανοούμενον, ἀλλὰ τὴν σύγκλητον ἐπιχειρεῖν πράγμασι νεωτέροις καὶ τὰ ὅπλα κατὰ Καίσαρος, ου Καίσαρι παρακομίζεσθαι. Τοῦ δὲ λόγου πολλῶν ἁπτομένου καὶ παροξύνοντος*[1])

Tempus in suspicionem, causa in crimen, adfectatio quietis in tumultum evaluit, et visa inter temulentos arma cupidinem sui movere. Fremit miles et tribunos centurionesque proditionis arguit, tamquam familiae senatorum ad perniciem Othonis armarentur, pars ignari et vino graves, pessimus quisque in occasionem praedarum, vulgus, ut mos est, cuiuscumque motus novi cupidum; et obsequia meliorum nox abstulerat.

23—30 *οἱ μὲν ἐπελαμβάνοντο τῶν ἁμαξῶν, οἱ δὲ τοὺς ἐνισταμένους ἑκατοντάρχας δύο καὶ τὸν Κρισπῖνον αὐτὸν ἀπέκτειναν, πάντες δὲ διασκευασάμενοι καὶ παρακαλέσαντες ἀλλήλους Καίσαρι βοηθεῖν ἤλαυνον εἰς τὴν Ῥώμην· καὶ πυθόμενοι παρ' αὐτῷ δειπνεῖν ὀγδοήκοντα συγκλητικοὺς ἐφέροντο πρὸς τὰ βασίλεια, νῦν καιρὸν εἶναι λέγοντες ἐν ταὐτῷ πάντας ἀνελεῖν τοὺς Καίσαρος πολεμίους*[2]).

Resistentem seditioni tribunum et severissimos centurionum obtruncant; rapta arma, nudati gladii; insidentes equis urbem ac Palatium petunt. I 81 *Erat Othoni celebre convivium primoribus feminis virisque.*

30—31 *Ἡ μὲν οὖν πόλις ὡς αὐτίκα διαρπαγησομένη θόρυβον εἶχε πολύν,*

Cfr. I 82 *Postera die velut capta urbe clausae domus* e. q. s.

31—35 *ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις ἦσαν διαδρομαὶ*

I 81 *qui trepidi* e. q. s.

---

[1]) (S. l. l.) *insidias quidam suspicati tumultum excitaverunt;*

[2]) (S. l. l.) *ac repente omnes nullo certo duce in Palatium cucurrerunt caedem senatus flagitantes, repulsisque tribunorum qui inhibere temptabant, non nullis et occisis,*

καὶ τὸν Ὄθωνα δεινὴ κατελάμβανεν ἀπορία. Φοβούμενος γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν αὐτὸς ἦν φοβερὸς ἐκείνοις, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀνηρτημένους ἑώρα ταῖς ὄψεσιν ἀναύδους καὶ περιδεεῖς,

modo formidine detegi, simul Othonis vultum intueri; utque evenit inclinatis ad suspicionem mentibus, cum timeret Otho, timebatur. Sed haud secus discrimine senatus quam suo territus

35—36 *ἐνίους καὶ μετὰ γυναικῶν ἥκοντας ἐπὶ τὸ δεῖπνον.*

(I 81 *celebre convivium primoribus feminis virisque.*)

36—39 *Ἅμα δὲ τοὺς ἐπάρχους ἀπέστελλε τοῖς στρατιώταις διαλέγεσθαι καὶ πραΰνειν κελεύσας, ἅμα δὲ τοὺς κεκλημένους ἄνδρας ἀναστήσας καθ' ἑτέρας θύρας ἀφῆκε·*

et praefectos praetorii ad mitigandas militum iras statim miserat et abire propere omnes e convivio iussit.

39—42 *καὶ μικρὸν ἔφθησαν ὑπεκφυγόντες διὰ τῶν μισθοφόρων ὠθουμένων εἰς τὸν ἀνδρῶνα καὶ πυνθανομένων, τί γεγόνασιν οἱ Καίσαρος πολέμιοι*[1]).

Tum vero passim magistratus . . . senes feminaeque per tenebras . . . incertas latebras petivere. I 82 *Militum impetus ne foribus quidem Palatii coërcitus, quo minus convivium inrumperent, ostendi sibi Othonem expostulantes . . . Undique arma et minae . . . in senatum universum . . . et quia neminem unum destinare irae poterant, licentiam in omnes poscentibus,*

42—44 *Τότε μὲν οὖν ὀρθὸς ἀπὸ τῆς κλίνης πολλὰ παρηγορήσας καὶ δεηθεὶς καὶ μηδὲ δακρύων φεισάμενος μόλις ἀπέπεμψεν αὐτούς·*[2])

donec Otho contra decus imperii toro insistens precibus et lacrimis aegre cohibuit, redieruntque in castra inviti neque innocentes.

44—47 *τῇ δ' ὑστεραίᾳ δωρησάμενος ἅπαντας κατ' ἄνδρα χιλίαις καὶ διακοσίαις καὶ πεντήκοντα δρα-*

Postera die . . . Finis sermonis (a praefectis habiti) *in eo, ut quina milia nummum singulis*

[1]) (S. l. l.) *sic ut erant cruenti, ubinam imperator esset requirentes, perruperunt in triclinium usque,*

[2]) (S. l. l.) *nec nisi viso destiterunt.*

χμαῖς εἰσῆλθεν εἰς τὸ στρατόπεδον,

militibus numerarentur: tum Otho ingredi castra ausus.

47—51 *καὶ τὸ μὲν πλῆθος ἐπῄνεσεν, ὡς πρὸς αὐτὸν εὔνουν καὶ πρόθυμον, ὀλίγους δέ τινας οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ φήσας ὑποικουρεῖν διαβάλλοντας αὐτοῦ τὴν μετριότητα καὶ τὴν ἐκείνων εὐστάθειαν*

Cfr. oratio, quae est apud Tacitum I 83 sq. Sic incipit: *neque ut adfectus vestros in amorem mei accenderem, commilitones, neque ut animum ad virtutem cohortarer (utraque enim egregie supersunt), sed veni postulaturus a vobis temperamentum vestrae fortitudinis et erga me modum caritatis.* Cfr. I 84 *Paucorum culpa fuit;* I 83 *Unus alterve perditus ac temulentus (neque enim plures consternatione proxima insanisse crediderim).*

ἠξίου συναγανακτεῖν καὶ συγκολάζειν.

Cfr. I 82 *miles . . . auctores seditionis ad supplicium ultro postulabat.*

51—53 *Ἐπαινούντων δὲ πάντων καὶ κελευόντων δύο μόνους παραλαβών, οἷς οὐδεὶς ἔμελλεν ἄχθεσθαι κολασθεῖσιν, ἀπηλλάγη.*

I 85 *Et oratio . . . et severitatis modus (neque enim in plures quam in duos animadverti iusserat) grate accepta.* Cfr. I 84 *duorum poena erit* et I 83 *Unus alterve perditus ac temulentus.*

I. V. 1—11.

1—2. Sic quae supra exposuit Plutarchus complectitur.

V. 2—3 e Tacito ductos crediderim. *Οὐδενί* et *nemo* in vicem respondent, item *ἰδίας ἔχθρας* et *offensas*. Quod Plutarchus hoc loco Othoni benevolentior videtur quam Tacitus, non refert[1]).

---

[1]) Cfr. Woelfflin Comp. p. 48 sq., Gerstenecker p. 42; Fabia p. 297. Hoc Plutarchi fugit Groagium p. 718 sq.; contra Clason p. 9 et Lezius p. 80 locum Taciti non vident.

3—11. In iis, quae apud Tacitum sunt, huic similior est Plutarchus quam Suetonio [1]). Atqui, quod cum Suetonius tum Plutarchus locum Cluvii Rufi adferunt, cui nihil respondet in Historiis, inde necessario concludendum est diplomata illa e communi fluxisse fonte, in quo auctor laudatus erat Cluvius Rufus [2]). Nullo enim modo fortuitus potest esse hic Suetonii et Plutarchi concentus. Quae cum ita sint, hic eandem adducor ut existimem intercedere rationem atque exempli causa P. G. 24, ubi ἕωθεν v. 11 e fonte prius perlecto in verba de Tacito translata unum irrepsit. Itaque Plutarchus, cum Tacito duce uteretur, ex auctore, quem ante evolverat, praeter illud Cluvii Rufi (*Κλούβιος—Ὄθωνος*) nihil videtur retinuisse. Neque inscite Woelfflin Comp. p. 43 docuit a Plutarcho testimonium Cluvii iis, quae e Tacito excerpsisset, δέ particula posita oppositum esse.

---

1) Cfr. τοῖς δὲ πολλοῖς χαριζόμενος P., *spe vulgum adliciendi* T.; *ab infima plebe* S.; hos Plutarchi et Taciti locos geminos esse Groag p. 749 adn. 7 iniuria negat. Deinde τὸ πρῶτον P., *quibusdam diebus* T. — *Καί τινων εἰκόνας Νέρωνος εἰς τοὐμφανὲς προθεμένων* P., *et fuere qui imagines Neronis proponerent* T.; *imagines statuasque eius reponi* S.

2) Clason, Tac. u. Suet. p. 103 et Nissen p. 507 sq. primi hinc contrarium viderunt effici eius, quod voluerunt Peter a. 1865 et Mommsen, Plutarchum e Cluvio ipso pendere contendentes. Nissenio assentiuntur Hardy p. xlix sq., Fabia p. 173 sq., Peter ipse a. 1897, Groag in Paul. Wiss. IV p. 123; nec dissidet Lezius p. 181. — Beckurts p. 67, quo modo res iudicanda esset, non intellexit. Woelfflin Comp. p. 43 sq. Suetonium cum Plutarcho congruere neglegit. — Alia fontis communis indicia hoc loco vix reperiuntur; nam ἐν τοῖς θεάτροις, quod mihi ex *adclamavit* Taciti ductum videtur, etiam Fabia p. 40 adn. 1 ab ipso Plutarcho addi potuisse iudicat: idem extrema Plutarchi, *οὐ μὴν—ἐπαύσατο*, in dubium devocat.

II. V. 11—53.

De seditione praetorianorum quae a Plutarcho traduntur de Tacito manasse gravissima sunt argumenta. Ac primum nunc inter omnes constat errasse Plutarchum, quod Ostiae tumultum exortum fecit[1]). Hoc cum ita sit, maxime notabile est Tacitum v. 16 sqq. iis uti verbis, quibus facile idem quod dicit Plutarchus significari credas. Quin sic ea interpretati sunt multi recentiorum, ut Orellius [2]) et Mommsen [3]). Iam vero prorsus incredibile est adeo inter se consensisse narrationes Taciti et fontis communis, in eundem errorem ut legentes raperent [4]). Itaque certissimum hoc indicium est praecipuum Plutarchi ducem fuisse Tacitum.

Neque parvi est momenti, quod ei contioni, quam Tacitus Othonem habentem inducit, plane respondent quae dicit Otho apud Plutarchum [5]). Nam orationes saltem Taciti totas ex ipsius ingenio profectas esse quis nescit?

Denique unicus ille consensus, qui a primo usque ad extremum pertinet, haec Tacito auctori vindicanda

---

[1]) Cfr. Fabia p. 41 adn. 1.

[2]) In editionis suae adnotationibus. Recte Meiser.

[3]) Vid. Die römischen Gardetruppen, Hermes XVI p. 645: »Der Verlauf der Erzählung zeigt, dass das *armamentarium* der Cohorte in Ostia war».

[4]) Hoc loco valet illud Nipperdei (in praef. ad Ann. p. 29 adn. 1): »Hat er doch an einzelnen Stellen offenbar den Text des Tacitus missverstanden». Male Fabia p. 41 adn. 1: »Cette confusion s'explique aussi bien dans l'hypothèse de la communauté de la source que dans l'autre». — Cfr. P. O. 7 de Cremona et Praefatio.

[5]) Cfr. infra ad v. 47—51.

esse testimonio est. Nam ut praetermittam Dionem, qui Tacitum videtur exscripsisse, Suetonius certe aliquanto dissimilior est[1]). Nihil est autem insignius quam famosum illud v. 33 sq. *φοβούμενος γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν αὐτὸς ἦν φοβερὸς ἐκείνοις, cum timeret Otho, timebatur.* Quam sententiam si quis Tacitum e fonte transtulisse contendit, monstra dicit. Nam Muenzer (Hermes, a. 1899, p. 641) quod locum Ciceronis, de Re publ. II 45 *et cum metueret ipse poenam sceleris sui summam, metui se volebat,* comparat, non attendit ab illo locos Taciti et Plutarchi eo differre, quod hi sunt in earundem rerum serie. Tacitum illud Ciceronis meminisse necesse non erat; sed hanc similitudinem haud evitare et lumen verborum a priore aliquo rerum scriptore eodem plane loco positum ad verbum transscribere sine suo dedecore non potuit. Praeterea neque locus ille Ciceronianus neque ullus eorum, quos Woelfflin congessit[2]), cum Tacito aeque congruit

---

[1]) In Suetonii initium (*placuerat per classiarios arma transferri remittique navibus,* O. 8), veterem illam quasi crucem interpretum, inquirenti hoc mihi occurrit, fieri potuisse ut XVII cohors una esset ex iis cohortibus urbanis (cfr. Mommsen, Hermes XVI p. 643 sqq.), quas classi additas auctor est Tac. Hist. I 87, ideoque a Suetonio *classiaria* vocaretur. Quam ante excessum Othonis Ostiam revertisse ex Hist. II 63 apparet.

[2]) Arch. XI p. 430, Comp. p. 41, Plin. p. 347 sq. Woelfflin unum ipsius quoque Taciti locum protulit, Dial. 13 *quod timent, an quod timentur.* — Addo ex scriptoribus, quorum ad exemplum Tacitum orationem finxisse constat: Sallust. Iug. 20 *metuens magis quam metuendus*; Fragm. Hist., Or. Lepidi 10 *habendus aut faciendus metus est*; Thucyd. I 36 *τὸ μὲν δεδιὸς αὐτοῦ . . . τοὺς ἐναντίους μᾶλλον φοβῆσον.* Cfr. Tac. Ann. I 29 *terrere, ni paveant.* Alius generis sunt Plin. Ep. VI 17, 16 *timorem timor vicit*; Tac. Ann. IV 70 *id ipsum paventes, quod timuissent.*

atque hic Plutarchi [1]. Neque vero reliquus Plutarchi sermo Taciti verbis multo minus similis est; quod quisquis ambos attente comparabit facile perspiciet.

His argumentis nequaquam paria sunt quae in contrariam partem dicuntur. Cfr. ad v. 23—30.

11—16. Concessu Fabiae p. 40 propter haec non habemus necesse alium fontem recipere.

16—19. De mirifica horum verborum similitudine supra dixi (p. 72). — Alterum interpretis peccatum, sed minoris momenti, hoc est, quod Crispinum vesperi Tacitus opus incohasse, Plutarchus nondum finem fecisse dicit (*νυκτὸς ἔτι συσκευαζομένου*).

V. 19—23 ab iis, quae apud Tacitum eodem loco reperiuntur, haud sunt dissoni; cfr. in primis *fremit — armarentur. Οἱ θρασύτατοι πάντες* est *pessimus quisque* [2]. Suetonius autem ut solet a duobus illis deerrat.

23—30. In his quaedam fontis alterius vestigia cernuntur: numeri occisorum [3] et convivarum. Qui quo minus in narrationem duce Tacito ortam ex auctore prius pervoluto influxerint, nihil impedit. Is auctor dubito an idem fuerit quo usus est Tacitus. Sine ulla causa Fabia p. 41 et 109 Plutarchum hunc locum e duobus fontibus contaminare potuisse negat.

30—31. Simillima sunt *πόλις ὡς αὐτίκα διαρπαγησομένη* et *velut capta urbe.* Quod Plutarchus haec

---

[1] Quamquam non ignoro Tacitum et Plutarchum eo inter se discrepare, quod Otho apud illum sibi timet, apud hunc senatoribus; cfr. Ranke p. 285 sqq., Groag p. 734 adn. 1. Verum etiam Plutarchi *ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν* ortum est ex iis, quae apud Tacitum sequuntur, *sed haud secus discrimine senatus quam suo territus.*

[2] *Ἥκειν* ad errorem illum Plutarchi pertinet.

[3] Cfr. de nota Taciti consuetudine Fragm. Hist. 6 apud Halmium (Oros. VII 10, 4).

ad eundem diem, Tacitus ad posterum refert, illius neglegentiam etiam Fabia p. 42 accusat [1]).

31—35. De *φοβούμενος—ἐκείνοις* iam egi p. 73. Sed etiam *καὶ πρὸς—περιδεεῖς* Taciteis *formidine—intueri* egregie respondent; neque multum distant cetera.

35—36. Hoc exstat apud eundem Tacitum [2]).

36—39. Haec quoque cum Tacito admirandum in modum concordant; *ἅμα . . . ἅμα* est *et . . . et*; item reliqua paribus paria redduntur [3]).

39—42. Neque haec non sunt consimilia; cfr. *ὠθουμένων εἰς τὸν ἀνδρῶνα* cum *convivium inrumperent* [4]).

42—44. Ad verbum paene omnia congruunt [5]).

44—47. Taciti eadem fere esse verba apparet.

47—51. Plutarchus orationem Taciti amputavit; nam longe melius inter se concinunt quam solent in contionibus auctores [6]).

---

[1]) »De même P. a tort sans doute de peindre la terreur de la ville avant la scène du Palatium: cette terreur a eu pour cause moins la course précipitée des soldats vers le palais que les nouvelles effrayantes semées par les convives après leur fuite». Aliter Groag p. 750. — Cfr. Ann. I 41 *velut in urbe victa*; XIII 25 *in modum captivitatis nox agebatur.*

[2]) Plutarchum hoc loco Tacito diligentiorem Fabia p. 42 nimis subtiliter docet.

[3]) *Καθ' ἑτέρας θύρας* ipse adnexuit Plutarchus sicut O. 18 *δι' ἑτέρων θυρῶν*. Cfr. praeterea Lezius p. 87.

[4]) Fabia ait p. 42 eo Taciti quam Plutarchi veri similiorem esse narrationem, quod ille milites ostendi sibi Othonem postulasse scribit neque quicquam ante de convivis audivisse, hic eos *τί γεγόνασιν οἱ Καίσαρος πολέμιοι;* interrogantes facit.

[5]) Cfr. *τότε*, *donec*; *ὀρθὸς ἀπὸ τῆς κλίνης*, *toro insistens*; *πολλὰ — φεισάμενος*, *precibus et lacrimis*; *μόλις ἀπέπεμψεν αὐτούς*, *aegre cohibuit*, *redieruntque*.

[6]) *Πρὸς αὐτὸν εὔνουν* est *amorem mei* sive *erga me . . . caritatis*; *πρόθυμον* est *virtutem* seu *fortitudinis*; *ὀλίγους* est *paucorum*. *Συν-*

51—53. Ne in his quidem quicquam inest, quod non a Tacito petitum esse possit[1]).

P. O. c. 4.

1—4 Ταῦτα οἱ μὲν ἀγαπῶντες ἤδη καὶ πιστεύοντες ἐθαύμαζον τὴν μεταβολήν, οἱ δ' ἀναγκαῖα πολιτεύματα πρὸς τὸν καιρὸν ἡγοῦντο δημαγωγοῦντος αὐτοῦ διὰ τὸν πόλεμον.	Cfr. I 71 *Otho interim contra spem omnium* e. q. s.; I 77 *quaedam ex dignitate rei publicae, pleraque contra decus ex praesenti usu properando.*
4—5 Ἤδη γὰρ ἠγγέλλετο βεβαίως Οὐϊτέλλιος ἀξίωμα καὶ δύναμιν αὐτοκράτορος ἀνειληφώς·	I 50 *Trepidam urbem . . . novus insuper de Vitellio nuntius exterruit, ante caedem Galbae suppressus.*
5—7 καὶ πτεροφόροι συνεχῶς ἐφοίτων ἀεί τι προσχωρεῖν ἐκείνῳ φράζοντες,	Cfr. I 59, I 70.
7—9 ἕτεροι [δὲ*] τὰ Παννονικὰ καὶ τὰ Δαλματικὰ καὶ τὰ περὶ Μυσίαν στρατεύματα δηλοῦντες ᾑρῆσθαι μετὰ τῶν ἡγεμόνων Ὄθωνα.	I 76 *Primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius, iurasse in eum Delmatiae ac Pannoniae et Moesiae legiones . . .*
9—12 Ταχὺ δὲ ἀφίκετο καὶ παρὰ Μουκιανοῦ γράμματα καὶ παρὰ Οὐεσπεσιανοῦ φίλια, τοῦ μὲν ἐν Συρίᾳ, τοῦ δὲ ἐν Ἰουδαίᾳ μεγάλας δυνάμεις ἐχόντων.	*Iudaicum exercitum Vespasianus, Suriae legiones Mucianus sacramento Othonis adegere.*
12—22 Ὑφ' ὧν ἐπαιρόμενος ἔγραψεν Οὐϊτελλίῳ παραινῶν στρατιωτικὰ φρονεῖν, ὡς χρήματα πολλὰ δώσοντος αὐτοῦ καὶ πόλιν, ἐν ᾗ	I 76 *Primus Othoni fiduciam addidit . . .* I 74 *Crebrae interim et muliebribus blandimentis infectae ab Othone ad Vitellium epi-*

ἀγανακτεῖν καὶ συγκολάζειν ex Taciti loco, quem ascripsi, orta crediderim. Groag p. 750, ut de contione, non recte.

[1]) Fabia p. 43 adn. 1 οἷς οὐδεὶς ἔμελλεν ἄχθεσθαι κολασθεῖσιν cum *unus alterve perditus ac temulentus* recte quamvis dubitanter comparavit. Groag p. 750 adn. 1, quorsum verba Fabiae spectarent, non videtur intellexisse. Clason p. 10 non male confert *severitatis modum grate acceptum.*

βιώσεται ῥᾷστον καὶ ἥδιστον βίον μεθ' ἡσυχίας. Ἀντέγραψε δὲ κἀκεῖνος αὐτῷ κατειρωνευόμενος ἡσυχῇ πρῶτον· ἐκ δὲ τούτου διερεθιζόμενοι πολλὰ βλάσφημα καὶ ἀσελγῆ χλευάζοντες ἀλλήλοις ἔγραφον, οὐ ψευδῶς μέν, ἀνοήτως δὲ καὶ γελοίως θατέρου τὸν ἕτερον ἃ προσῆν ἀμφοτέροις ὀνείδη λοιδοροῦντος. Ἀσωτίας γὰρ καὶ μαλακίας καὶ ἀπειρίας πολέμων καὶ τῶν πρόσθεν ἐπὶ πενίᾳ χρεῶν πλήθους ἔργον ἦν εἰπεῖν ὁποτέρῳ μεῖον αὐτῶν μέτεστι[1]).

stulae offerebant pecuniam et gratiam et quemcumque quietis locum prodigae vitae legisset. Paria Vitellius ostentabat, primo mollius, stulta utrimque et indecora simulatione, mox quasi rixantes stupra ac flagitia in vicem obiectavere, neuter falso. Cfr. etiam I 50 *duos omnium mortalium inpudicitia ignavia luxuria deterrimos.* De inopia utriusque vid. ad P. G. 21 v. 8 sqq., 22 v. 27 sqq.

22—24 *Σημείων δὲ καὶ φαντασμάτων πολλῶν λεγομένων, τὰ μὲν ἄλλα φήμας ἀδεσπότους καὶ ἀμφιβόλους εἶχεν,*

I 86 *Prodigia insuper terrebant diversis auctoribus vulgata:*

24—27 *ἐν δὲ Καπιτωλίῳ Νίκης ἐφεστώσης ἅρματι τὰς ἡνίας πάντες εἶδον ἀφειμένας ἐκ τῶν χειρῶν, ὥσπερ κρατεῖν μὴ δυναμένης,*

in vestibulo Capitolii omissas habenas bigae, cui Victoria institerat . . .

27—32 *καὶ τὸν ἐν μεσοποταμίᾳ νήσῳ Γαΐου Καίσαρος ἀνδριάντα μήτε σεισμοῦ γεγονότος μήτε πνεύματος ἀφ' ἑσπέρας μεταστραφέντα πρὸς τὰς ἀνατολάς· ὅ φασι συμβῆναι περὶ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, ἐν αἷς οἱ περὶ Οὐεσπεσιανὸν ἐμφανῶς ἤδη τῶν πραγμάτων ἀντελαμβάνοντο* [2]).

statuam divi Iulii in insula Tiberini amnis sereno et immoto die ab occidente in orientem conversam . . .

32—38 *Καὶ τὸ περὶ τὸν Θύμβριν δὲ σύμπτωμα σημεῖον ἐποιοῦντο οἱ πολλοὶ μοχθηρόν. Ἦν μὲν*

Sed praecipuus et cum praesenti exitio etiam futuri pavor subita inundatione Tiberis, qui

---

[1]) Cfr. Suet. O. 8 *per internuntios ac litteras consortem imperii generumque se Vitellio obtulit.*

[2]) Cfr. Suet. Vesp. 5 *comitia secundi consulatus ineunte Galba, statuam divi Iulii ad orientem sponte conversam.*

γὰρ ὥρα, περὶ ἣν μάλιστα οἱ ποταμοὶ πλήθουσιν, ἀλλ' οὔπω τοσοῦτος ἤρθη πρότερον οὐδὲ ἀπώλεσε τοσαῦτα καὶ διέφθειρεν ὑπερχυθεὶς καὶ κατακλύσας πολὺ μέρος τῆς πόλεως, πλεῖστον δὲ ἐν ᾧ τὸν ἐπὶ πράσει διαπωλοῦσι σῖτον, ὡς δεινὴν ἀπορίαν ἡμερῶν συχνῶν κατασχεῖν[1].

immenso auctu proruto ponte sublicio ac strage obstantis molis refusus, non modo iacentia et plana urbis loca, sed secura eius modi casuum implevit: rapti e publico plerique, plures in tabernis et cubilibus intercepti. Fames in vulgus inopia quaestus et penuria alimentorum.

1—4. Haec, quibus plane similia apud Tacitum non inveniuntur, utrum ex ipsius Plutarchi mente an ex alio fonte profecta sint, nihil interest[2].

V. 4—5 ex Tacito possunt esse orti; quamquam de his non laboro. Cfr. Excursus[3].

5—7. Idem valet in his[3].

V. 7—9 autem, quia cum Tacito ad verbum consentiunt, inde manasse putandum est[3].

9—12. Etiam haec de Tacito videntur sumpta esse[4].

12—22. Haec vero mire congruunt, cum aliquantum differant Suetonius et Dio LXIV 10[5]. *Χρήματα, πόλιν* sunt T. I 74 *pecuniam, locum*; *ἐν ᾗ — ἡσυχίας, et quemcumque — legisset*; *ἀντέγραψε δὲ κἀκεῖνος, paria V. ostentabat*; *κατειρωνευόμενος, simulatione*; *ἡσυχῇ πρῶ-*

---

[1]) Cfr. Suet. O. 8 *primo egressu inundationibus Tiberis retardatus.*

[2]) Cfr. Lezius p. 89, Fabia p. 43 et 297.

[3]) Fabia p. 43 sq. haec ex Tacito duci potuisse concedit.

[4]) Cfr. Fabia p. 43: »Il ne dit pas expressément que Mucien et Vespasien écrivirent à Othon; mais . . . P. aurait très bien pu ajouter le reste de lui-même, s'il avait eu T. pour source».

[5]) De quibus bene Lezius p. 91 adn. 1.

τον, primo mollius; *ἐκ δὲ τούτου διερεθιζόμενοι, mox quasi rixantes*; *οὐ ψευδῶς μέν, neuter falso*[1]; *ἀνοήτως δὲ καὶ γελοίως, stulta et indecora*; *θατέρου τὸν ἕτερον . . . ὀνείδη λοιδοροῦντος, flagitia in vicem obiectavere.* Initium quoque Plutarchi *ὑφ' ὧν ἐπαιρόμενος* propinqua cognatione coniunctum est cum T. I 76 init. Propter hanc tantam similitudinem necesse est Plutarchum omnia a Tacito petivisse[2]. Quod non in eodem haec rerum contextu Plutarchus habet ac Tac. I 74, nihil est; in quo cum Suetonius Tacito assentiatur, veri similiorem huius ordinem puto[3].

22—38. Haec ob summam concordiam cuncta de Tacito hausta esse arbitror; nec est tanti similitudines ante oculos positas enucleare[4]. Quod vero Plutarchus de statua divi Iulii memorans adiungit *ὅ φασι — ἀντελαμβάνοντο* v. 29 sqq., Lezius p. 93 iure monuit Vespasianum *ἐμφανῶς* imperii occupandi consilia non inisse, antequam Otho mortuus et Vitellius principatum adeptus esset (cfr. Tac. II 74)[5]. Quoniam igitur tempus a Plutarcho editum falsum est, quid est

---

1) De Velleio II 8, 3 cfr. Praefatio.

2) Lezius nimium dat, cum »in primis ex extrema particula Plutarchi», ut fons communis subsit, fortasse effici concedit. Illa enim vana est declamatio, quae praeterea cum T. I 50 comparanda est.

3) Contra atque Fabia et alii.

4) Tantum dico, etiam *τὰ μὲν ἄλλα — εἶχεν* v. 23 sq. quodam modo respondere verbis Taciti *diversis auctoribus vulgata* (cfr. Fabia p. 46); inque extremo capite *ἀλλ' οὔπω τοσοῦτος κ. τ. λ.* idem esse atque *sed secura eius modi casuum implevit.* De *ὥρα* Fabia p. 47.

5) Suetonius vero, quod omen illud iam a. 68 factum esse tradit, cum a Tacito tum a Plutarcho dissentit.

cur non ab ipso fictum esse fateare? Etiam *πλεῖστον — σῖτον* v. 37 e *tabernis* Taciti nata esse censeo[1]).

P. O. c. 5.

1—2 *Ἐπεὶ δὲ τὰς Ἄλπεις κατέχοντες ἤδη προσηγγέλλοντο Κεκίνας καὶ Οὐάλης Οὐϊτελλίῳ στρατηγοῦντες,*

I 87 *quando Poeninae Cottiaeque Alpes et ceteri Galliarum aditus Vitellianis exercitibus claudebantur.* I 89 *et Caecina iam Alpes transgressus exstimulabat.*

3—6 *ἐν Ῥώμῃ Δολοβέλλας, εὐπατρίδης ἀνήρ, ὑποψίαν παρεῖχε τοῖς μισθοφόροις νεώτερα φρονεῖν. Ἐκεῖνον μὲν οὖν εἴτε αὐτὸν εἴτε ἄλλον δεδοικὼς εἰς πόλιν Ἀκύνιον παρέπεμψε παραθαρρύνας.*

I 88 *Sepositus per eos dies Cornelius Dolabella in coloniam Aquinatem, neque arta custodia neque obscura, nullum ob crimen, sed vetusto nomine et propinquitate Galbae monstratus.*

6—9 *Καταλέγων δὲ τῶν ἐν τέλει συνεκδήμους ἔταξεν ἐν τούτοις καὶ Λεύκιον τὸν Οὐϊτελλίου ἀδελφόν, οὔτε προσθεὶς οὐδὲν οὔτε ἀφελὼν ἧς εἶχε τιμῆς.*

Multos e magistratibus, magnam consularium partem Otho non participes aut ministros bello, sed comitum specie secum expediri iubet, in quis et Lucium Vitellium, eodem quo ceteros cultu, nec ut imperatoris fratrem nec ut hostis.

9—11 *Ἰσχυρῶς δὲ καὶ τῆς μητρὸς ἐπεμελήθη τοῦ Οὐϊτελλίου καὶ τῆς γυναικός, ὅπως μηδὲν φοβήσονται περὶ αὐτῶν.*

I 75 *Vitellius litteras ad Titianum fratrem Othonis composuit, exitium ipsi filioque eius minitans, ni incolumes sibi mater ac liberi servarentur. Et stetit domus utraque, sub Othone incertum an metu: Vitellius victor clementiae gloriam tulit.* Cfr. II 47 *Fruetur Vitellius fratre, coniuge, liberis.*

---

[1]) Contra quam Mommsen p. 309, cui plerique assenserunt.

11—16 *Τῆς δὲ Ῥώμης φύλακα Φλαούιον Σαβῖνον, ἀδελφὸν Οὐεσπεσιανοῦ, κατέστησεν, εἴτε καὶ τοῦτο πράξας ἐπὶ τιμῇ Νέρωνος (παρ' ἐκείνου γὰρ εἰλήφει τὴν ἀρχὴν ὁ Σαβῖνος, ἀφείλετο δὲ Γάλβας αὐτόν), εἴτε μᾶλλον εὔνοιαν ἐνεδείκνυτο Οὐεσπεσιανῷ καὶ πίστιν αὔξων Σαβῖνον.*

I 46 *Urbi Flavium Sabinum praefecere, iudicium Neronis secuti, sub quo eandem curam obtinuerat, plerisque Vespasianum fratrem in eo respicientibus.*

16—17 *Αὐτὸς μὲν οὖν ἐν Βριξίλλῳ, πόλει τῆς Ἰταλίας περὶ τὸν Ἠριδανὸν ἀπελείφθη*[1]),

17—20 *στρατηγοὺς δὲ τῶν δυνάμεων ἐξέπεμψε Μάριόν τε Κέλσον καὶ Σουητώνιον Παυλῖνον ἔτι τε Γάλλον καὶ Σπουρίναν, ἄνδρας ἐνδόξους,*

I 87 *Peditum equitumque copiis Suetonius Paulinus, Marius Celsus, Annius Gallus rectores destinati.* II 11 *His copiis rector additus Annius Gallus, cum Vestricio Spurinna ad occupandas Padi ripas praemissus.*

20—33 *χρήσασθαι δὲ μὴ δυνηθέντας ἐπὶ τῶν πραγμάτων ὡς προῃροῦντο τοῖς ἑαυτῶν λογισμοῖς δι' ἀταξίαν καὶ θρασύτητα τῶν στρατιωτῶν. Οὐ γὰρ ἠξίουν ἑτέρων ἀκούειν, ὡς παρ' αὐτῶν τοῦ αὐτοκράτορος τὸ ἄρχειν ἔχοντος. Ἦν μὲν οὖν οὐδὲ τὰ τῶν πολεμίων ὑγιαίνοντα παντάπασιν οὐδὲ χειροήθη τοῖς ἡγεμόσιν, ἀλλ' ἔμπληκτα καὶ σοβαρὰ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐκείνοις ἐμπειρία γε παρῆν τοῦ μάχεσθαι καὶ τοῦ κάμνειν ἐθάδες ὄντες οὐκ ἔφευγον, οὗτοι δὲ μαλακοὶ μὲν ἦσαν ὑπὸ σχολῆς καὶ διαίτης ἀπολέμου πλεῖστον χρόνον ἐν θεάτροις καὶ παν-*

II 18 *indomitus miles et belli ignarus.* II 21 *illi ut segnem et desidem et circo ac theatris corruptum militem . . . increpabant.*

---

[1]) Cfr. Suet. O. 9 *Nec ulli pugnae adfuit substititque Brixelli.*

ἡνύρεσι καὶ παρὰ σκηνὴν βεβιωκότες, ὕβρει δὲ καὶ κόμπῳ ἐπαμπέχειν ἐβούλοντο, προσποιήσασθαι τὰς λειτουργίας ὡς κρείττονες ἀπαξιοῦντες, οὐχ ὡς ἀδύνατοι φέρειν.

33—37 Ὁ δὲ Σπουρίνας προσβιαζόμενος αὐτοὺς ἐκινδύνευσε μικρὸν ἐλθόντας ἀνελεῖν αὐτόν. Ὕβρεως δὲ καὶ βλασφημίας οὐδεμιᾶς ἐφείσαντο, προδότην καὶ λυμεῶνα τῶν Καίσαρος καιρῶν καὶ πραγμάτων λέγοντες.

II 18 *Certum erat Spurinnae . . . coërcere intra munimenta militem . . . sed indomitus miles et belli ignarus correptis signis vexillisque ruere et retinenti duci tela intentare, spretis centurionibus tribunisque: quin prodi Othonem et accitum Caecinam clamitabant.*

37—39 Ἔνιοι δὲ καὶ μεθυσθέντες ἤδη νυκτὸς ἦλθον ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἐφόδιον αἰτοῦντες· εἶναι γὰρ αὐτοῖς πρὸς Καίσαρα βαδιστέον, ὅπως ἐκείνου κατηγορήσωσιν.

1—2. Haec Plutarchi verba Tacito addicere nulla re vetamur.

V. 3—6 de Tacito sumptos esse propter similitudinem crediderim. Nam Plutarchus, cum ante Dolabellae mentionem fecerit, hic primum εὐπατρίδης addit, cui respondet Taciti *vetusto nomine*; et παραθαρρύνας est *neque arta custodia neque obscura*. Ὑποψίαν — φρονεῖν quodam modo cum *monstratus* conspirat; εἴτε αὐτὸν — δεδοικώς, quod egomet non magis quam Lezius p. 95 intellego, nescio an libere fictum sit [1]).

[1]) Fabia p. 47 adn. 3 ἄλλον ad praetorianos refert, id quidem improbabiliter; sed fieri potuisse confitetur, ut a Plutarcho adderetur. — Num cohaereat cum *alium* Tac. I 13 v. 8?

6—9. Haec, quae apud utrumque Dolabellae seposito subiunguntur, quod tanto opere congruunt, e Tacito fluxisse iudicandum est.

9—11. Neque quicquam, quo minus haec manaverint de Tacito, impedit [1]).

11—16. Locus Historiis simillimus quin inde translatus sit, fieri non potest. Quem quod Plutarchus alibi ponit atque Tacitus, error illius statuendus est [2]).

16—17. Haec quia cum loco Suetonii comparationem admittunt a Tacito omissa, satis argumenti est e secundario fonte esse derivata [3]). Neque est quod Plutarchum et e Tacito et ex alio auctore hoc caput conserere potuisse abnuamus.

V. 17—20 e quovis auctore potuerunt hauriri [4]).

20—33. Talis exercituum comparatio licet nulla instituatur a Tacito, alio tamen fonte opus non esse

---

[1]) Nam quod Fabia p. 48 scribit Tacitum hic liberorum, Plutarchum coniugis mentionem facere, Tacitus hanc commemorat II 47. De dispositione Plutarchi bene Fabia l. l.: »P. . . . est amené ici par la mention de L. Vitellius à dire ce qu'il sait du sort des autres membres de la famille».

[2]) Nolo pluribus de loco controverso, ad quem iudicandum sola momentum habet summa illa similitudo. Cfr. Woelfflin Comp. p. 46 sq. Hic Sabinum Plutarchus intexit, ut propinquos futurorum principum coniungat. Ἀφείλετο δὲ Γάλβας αὐτόν (»only in the sense of not reappointing him» Hardy) adicit sicut O. 1 v. 17.

[3]) Plutarchum de Othonis Brixelli mansione ipsum, cum ibi deversaretur (vid. P. O. 18), comperisse censenti Gersteneckero p. 55 libenter accederem, nisi esset illud apud Suetonium. Cfr. O. 8 init.

[4]) »Tout cela, P. aurait pu le tirer de T.» (Fabia p. 50). — Cfr. Gerstenecker adn. 41.

Fabia p. 51 fatetur. Nec desunt loci in Historiis, quo Plutarchus videatur spectare, etiamsi immerito segnitiae et desidiae crimen, quo Othonianos a Vitellianis incusatos facit Tacitus, ipse iis infert[1]).

V. 33—37 e Tacito ortos puto. Cfr. ad O. 6 de oppugnatione Placentiae.

37—39. Haec narratiuncula aliunde interposita est[2]).

P. O. c. 6.

1—13 Ὤνησε δὲ τὰ πράγματα καὶ Σπουρίναν ἐν τῷ παραυτίκα λοιδορία περὶ Πλακεντίαν γενομένη τῶν στρατιωτῶν. Οἱ γὰρ Οὐϊτελλίου τοῖς τείχεσι προσβάλλοντες ἐχλεύαζον τοὺς Ὄθωνος ἑστῶτας παρὰ τὰς ἐπάλξεις, σκηνικοὺς καὶ πυρριχιστὰς καὶ Πυθίων καὶ Ὀλυμπίων θεωρούς, πολέμου δὲ καὶ στρατείας ἀπείρους καὶ ἀθεάτους ἀποκαλοῦντες, καὶ μέγα φρονοῦντας ἐπὶ τῷ γέροντος ἀνόπλου κεφαλὴν ἀποτεμεῖν, τὸν Γάλβαν λέγοντες, εἰς δὲ ἀγῶνα καὶ μάχην ἀνδρῶν οὐκ ἂν ἐκφανῶς καταβάντας. Οὕτω γὰρ ἐταράχθησαν ὑπὸ τούτων τῶν ὀνειδῶν καὶ διεκάησαν, ὥστε προσπεσεῖν τῷ Σπουρίνᾳ δεόμενοι χρῆσθαι καὶ προστάττειν αὐτοῖς οὐδένα κίνδυνον οὐδὲ πόνον ἀπολεγομένοις.

II 21 *Sed primus dies impetu magis quam veterani exercitus artibus transactus: aperti incautique muros subiere, cibo vinoque praegraves . . . Utrimque pudor, utrimque gloria et diversae exhortationes hinc legionum et Germanici exercitus robur, inde urbanae militiae et praetoriarum cohortium decus attollentium; illi ut segnem et desidem et circo ac theatris corruptum militem, hi peregrinum et externum increpabant. Simul Othonem ac Vitellium celebrantes culpantesve uberioribus inter se probris quam laudibus stimulabantur.* Cfr. etiam II 18—19.

13—17 Ἰσχυρᾶς δὲ συστάσης τειχομαχίας καὶ μηχανημάτων πολ-

Vid. II 22 v. 1—13 et maxime v. 7 sqq. *Legionarius plu-*

---

1) Pravum illud iudicium ab auctore communi factum esse Groagio p. 751 haud assentior. Taciti verba *belli ignarus* Plutarchus amplificare potuit.

2) Cfr. Fabia p. 51 adn. 2.

λῶν προσαχθέντων ἐκράτησαν οἱ τοῦ Σπουρίνα, καὶ φόνῳ πολλῷ τοὺς ἐναντίους ἀποκρουσάμενοι διετήρησαν ἔνδοξον πόλιν καὶ τῶν Ἰταλῶν οὐδεμιᾶς ἧττον ἀνθοῦσαν.

teis et cratibus tectus subruit muros, instruit aggerem, molitur portas. II 21 *multo suorum cruore pulsus Caecina.*

17—19 *Ἦσαν δὲ καὶ τὰ ἄλλα τῶν Οὐϊτελλίου στρατηγῶν οἱ Ὄθωνος ἐντυχεῖν ἀλυπότεροι καὶ πόλεσι καὶ ἰδιώταις·*

19—25 *ἐκείνων δὲ Κεκίνας μὲν οὔτε φωνὴν οὔτε σχῆμα δημοτικός, ἀλλ' ἐπαχθὴς καὶ ἀλλόκοτος, σώματος μεγάλου, Γαλατικῶς ἀναξυρίσι καὶ χειρῖσιν ἐνεσκευασμένος, σημείοις καὶ ἄρχουσι Ῥωμαϊκοῖς διαλεγόμενος. Καὶ τὴν γυναῖκα παρέπεμπον αὐτῷ λογάδην ἱππεῖς ὀχουμένην ἵππῳ κεκοσμημένην ἐπιφανῶς·*

II 20 *At Caecina, velut relicta post Alpes saevitia ac licentia, modesto agmine per Italiam incessit. Ornatum ipsius municipia et coloniae in superbiam trahebant, quod versicolori sagulo, bracas [barbarum tegmen] indutus togatos adloqueretur. Uxoremque eius Saloninam, <quod> quamquam in nullius iniuriam insignis equo ostroque veheretur, tamquam laesi gravabantur.* I 53 *Caecina . . . corpore ingens.*

25—27 *Φάβιον δὲ Οὐάλεντα τὸν ἕτερον στρατηγὸν οὔτε ἁρπαγαὶ πολεμίων οὔτε κλοπαὶ καὶ δωροδοκίαι παρὰ συμμάχων ἐνεπίμπλασαν χρηματιζόμενον,*

Cfr. I 66.

27—29 *ἀλλὰ καὶ ἐδόκει διὰ τοῦτο βραδέως ὁδεύων ὑστερῆσαι τῆς προτέρας μάχης.*

II 30 *tamquam fraude et cunctationibus Valentis proelio defuissent.*

29—33 *Οἱ δὲ τὸν Κεκίναν αἰτιῶνται σπεύδοντα τὴν νίκην ἑαυτοῦ γενέσθαι, πρὶν ἐκεῖνον ἐλθεῖν, ἄλλοις τε μικροτέροις περιπεσεῖν ἁμαρτήμασι καὶ μάχην οὐ κατὰ καιρὸν οὐδὲ γενναίως συνάψαι μικροῦ πάντα τὰ πράγματα διαφθείρασαν αὐτοῖς.*

II 24 *Angebant Caecinam nequiquam omnia coepta et senescens exercitus sui fama. Pulsus Placentia, caesis nuper auxiliis, etiam per concursum exploratorum, crebra magis quam digna memoratu proelia, inferior, propinquante Fabio Valente, ne omne*

belli decus illuc concederet, reciperare gloriam avidius quam consultius properabat. Cfr. etiam II 26 *ut deleri cum universo exercitu Caecinam potuisse* e. q. s.

1—17. Differt Plutarchus aliquantum a Tacito. Primum Spurinnae milites ad modestiam adductos scribit ille conviciis hostium, hic arte ducis (cfr. II 18 sq.). Deinde Tacitus hostes nocte in castris suis maledixisse significat Othonianis, iniuria ut hos Plutarchus opprobria audientes fingere videatur [1]). Nihilo minus quae hic inter scriptores intercedit ratio optime meo quidem iudicio explicatur, si Tacitum fontem fuisse Plutarchi existimamus. Apparet enim Plutarchum universo huic bello perscribendo non enixe dedisse operam; immo, utcumque hunc locum interpretamur, neglegentissimum fuisse constat [2]). Et in illa discrepantia quidam tamen inter Plutarchum et Tacitum consensus occurrit: immodestiam militum aegre compressam esse; v. 5—7 σκηνικοὺς — ἀποκαλοῦντες, *illi ut segnem — increpabant*; v. 13—17 denique satis similes sunt Taciti descriptioni [3]). Praeterea cogitandum est oppugnationem Placentiae magis quam a ceteris esse a Tacito elatam, ut qui Spurinnae familiaris esset sineque dubio plurima ex ipso audivisset [4]). Quae cum ita sint, Plutarchi narrationem ex Historiis memoria

[1]) Cfr. Fabia p. 52, Lezius p. 105.

[2]) Cfr. Krauss p. 11 sq.; qui p. 7 sibi vix constat.

[3]) Etiam φόνῳ πολλῷ τοὺς ἐναντίους ἀποκρουσάμενοι illis *multo suorum cruore pulsus Caecina* respondent; cfr. Lezius p. 105 sq.

[4]) Hoc ex epistulis Plinii colligas licet. Cfr. Mommsen p. 298 adn. 3; Boissier, Revue des deux mondes, a. 1901, tom. IV p. 259.

non satis comprehensis ortam esse crediderim [1]). Quamquam ea non est scriptorum similitudo, cuius, si maxime e fonte communi Plutarchus sua hauserit, Tacito fuerit pudendum.

17—33. Fieri potuisse, ut unus harum rerum auctor esset Tacitus, Fabia p. 53 sq. non it infitias. Ex v. 17—19 alium inspectum esse fontem neutiquam evincitur. V. 19—25 non mediocriter cum Tacito congruunt; etiam *διαλεγόμενος*, quod quae antecedunt depravata videntur Plutarchi editoribus [2]), respondet verbo Taciti *adloqueretur*. *Χειρῖσιν* et *λογάδην ἱππεῖς* leviora sunt adiectamenta quam ut inde efficiatur communem fontem subesse [3]). V. 25—33 nihil

---

[1]) Lezius p. 106 adn. 1 inventa haec putat ab aliquo, cui ieiuna veritas non sufficeret, fortasse a Plutarcho ipso. Fabia p. 52 sq. veri simile iudicat fontem communem a Plutarcho inepte breviatum esse. Groag p. 752 diversos fontes mavult. — *Καὶ μέγα — λέγοντες* v. 7—9, quae Beckurtsio p. 2 adn. 1 pergravia videntur, conferantur cum Tac. I 40 *imperatorem suum inermem et senem* ac P. G. 27 v. 14 sq. Et dicta aliorum Plutarchus, ut assolet, exornat.

[2]) Solanus (a. 1724) Plutarchum *τηβεννοφόροις* (cfr. *togatos*) scripsisse conicit; inde incuria librariorum primo factum esse *σημειοφόροις*, mox *σημείοις*. Cfr. Hardy ad hunc locum: »It is . . . almost certain that *σημείοις* is a corruption for some other word, since the point, as appears from T., lies in Caecina's addressing Romans while dressed in Gallic costume, not in his using signs for words». Tametsi comparari potest quod de arrogantia Pallantis prodit Tacitus Ann. XIII 23: *respondit nihil umquam se domi nisi nutu aut manu significasse, vel si plura demonstranda essent, scripto usum, ne vocem consociaret.*

[3]) Ad *χειρῖσιν* Hardy: »There was nothing peculiarly Gallic about these». *Equo ostroque* (»un cheval couvert de pourpre» Constans-Girbal) male Graece reddita mallem Lezio concessisset Fabia p. 109 sq. — De Caecina varie a scriptoribus iudicato verius Lezius p. 106 sq. quam Groag p. 752.

est causae quin e Tacito repetitos arbitreris [1]. Extremis verbis, *μικροῦ — αὐτοῖς*, de quibus cfr. Fabia p. 54, Plutarchus quae O. 7 v. 16 sqq. dicturus est quasi anticipat.

P. O. c. 7.

1—7 *Ἐπεὶ γὰρ ἀποκρουσθεὶς τῆς Πλακεντίας ὁ Κεκίνας ἐπὶ Κρεμώνην ὥρμησεν, ἑτέραν πόλιν εὐδαίμονα καὶ μεγάλην, πρῶτος μὲν Ἄννιος Γάλλος πρὸς Πλακεντίαν Σπουρίνᾳ βοηθῶν, ὡς ἤκουσε καθ' ὁδὸν τοὺς Πλακεντίνους περιγεγονέναι, κινδυνεύειν δὲ τοὺς ἐν Κρεμώνῃ, μετήγαγεν ἐκεῖ τὸ στράτευμα καὶ κατεστρατοπέδευσε πλησίον τῶν πολεμίων·*	II 22 *Et Caecina pudore coeptae temere oppugnationis, ne inrisus ac vanus isdem castris adsideret, traiecto rursus Pado Cremonam petere intendit . . .* II 23 *Spurinna comperto itinere hostium defensam Placentiam, quaeque acta et quid Caecina pararet, Annium Gallum per litteras docet. Gallus legionem primam in auxilium Placentiae ducebat . . . Ubi pulsum Caecinam pergere Cremonam accepit, aegre coërcitam legionem et pugnandi ardore usque ad seditionem progressam Bedriaci sistit. Inter Veronam Cremonamque situs est vicus.*
7—8 *ἔπειτα καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος ἐβοήθει τῷ στρατηγῷ.*	
8—13 *Τοῦ δὲ Κεκίνα λοχίσαντος εἰς λάσια χωρία καὶ ὑλώδη πολλοὺς ὁπλίτας, ἱππεῖς δὲ προεξελάσαι κελεύσαντος, κἂν συνάψωσιν οἱ πολέμιοι κατὰ μικρὸν ἀναχωρεῖν καὶ ἀναφεύγειν, ἄχρι ἂν ὑπάγοντες οὕτως ἐμβάλωσιν αὐ-*	II 24 (Caecina) *Ad duodecumum a Cremona* (*locus Castorum vocatur*) *ferocissimos auxiliarium inminentibus viae lucis occultos componit: equites procedere longius iussi et irritato proelio sponte refugi festinationem se-*

[1]) In v. 29—33 notentur: *ἄλλοις τε μικροτέροις περιπεσεῖν ἁμαρτήμασι*, *per . . . crebra magis quam digna memoratu proelia*; *οὐ κατὰ καιρὸν οὐδὲ γενναίως*, *avidius quam consultius.* *Οἱ δέ* est Tacitus (cfr. p. 45 adn. 1).

τοὺς εἰς τὴν ἐνέδραν, ἐξήγγειλαν αὐτόμολοι τῷ Κέλσῳ.

quentium elicere, donec insidiae coorerentur. Proditum id Othonianis ducibus,

13—16 Καὶ οὗτος μὲν ἱππεῦσιν ἀγαθοῖς ἀντεξελάσας, πεφυλαγμένως δὲ χρώμενος τῇ διώξει καὶ τὴν ἐνέδραν περισχὼν καὶ συνταράξας ἐκάλει τοὺς ὁπλίτας ἐκ τοῦ στρατοπέδου.

et curam peditum Paulinus, equitum Celsus sumpsere . . . II 25 *Antequam miscerentur acies, terga vertentibus Vitellianis, Celsus doli prudens repressit suos: Vitelliani temere exsurgentes cedente sensim Celso longius secuti ultro in insidias praecipitantur; nam a lateribus cohortes, legionum adversa frons, et subito discursu terga cinxerat eques. Signum pugnae non statim a Suetonio Paulino pediti datum.*

16—25 Καὶ δοκοῦσιν ἂν ἐπελθόντες ἐν καιρῷ μηδένα λιπεῖν τῶν πολεμίων, ἀλλὰ πᾶν τὸ μετὰ Κεκίνα στράτευμα συντρῖψαι καὶ ἀνελεῖν ἐπισπόμενοι τοῖς ἱππεῦσι· νυνὶ δὲ ὁ Παυλῖνος ὀψὲ καὶ σχολῇ προσβοηθήσας αἰτίαν ἔσχεν ἐνδεέστερον τῆς δόξης στρατηγῆσαι δι' εὐλάβειαν. Οἱ δὲ πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν καὶ προδοσίαν ἐνεκάλουν αὐτῷ, καὶ παρώξυνον τὸν Ὄθωνα μεγαληγοροῦντες, ὡς νενικηκότων αὐτῶν, τῆς δὲ νίκης οὐκ ἐπὶ πᾶν προελθούσης κακίᾳ τῶν στρατηγῶν.

II 25 *Signum pugnae non statim a Suetonio Paulino pediti datum: cunctator natura et cui cauta potius consilia cum ratione quam prospera ex casu placerent, compleri fossas, aperiri campum, pandi aciem iubebat, satis cito incipi victoriam ratus, ubi provisum foret, ne vincerentur. Ea cunctatione spatium Vitellianis datum . . . refugiendi . . .* II 26 *Ceterum ea ubique formido fuit apud fugientes occursantes, in acie pro vallo, ut deleri cum universo exercitu Caecinam potuisse, ni Suetonius Paulinus receptui cecinisset, utrisque in partibus percrebruerit. Timuisse se Paulinus ferebat tantum insuper laboris atque itineris . . . Apud paucos ea ducis ratio probata, in vulgus adverso rumore fuit.* Cfr. II 23

Othonianis . . . omnia ducum facta prave aestimantibus. Certatim . . . Annium Gallum et Suetonium Paulinum et Marium Celsum . . . variis criminibus incessebant . . . modo occultis ad Othonem litteris;

25—26 *Ὁ δὲ Ὄθων οὐχ οὕτως ἐπίστευεν αὐτοῖς, ὡς ἐβούλετο μὴ δοκεῖν ἀπιστεῖν.*

qui humillimo cuique credulus, bonos metuens trepidabat . . .

26—27 *Ἔπεμψεν οὖν Τιτιανὸν ἐπὶ τὰ στρατεύματα τὸν ἀδελφὸν*

Igitur Titianum fratrem accitum bello praeposuit.

27—31 *καὶ Πρόκλον τὸν ἔπαρχον, ὃς εἶχεν ἔργῳ τὴν πᾶσαν ἀρχήν, πρόσχημα δὲ ἦν ὁ Τιτιανός. Οἱ δὲ περὶ τὸν Κέλσον καὶ Παυλῖνον ἄλλως ἐφείλκοντο συμβούλων ὄνομα καὶ φίλων, ἐξουσίαν καὶ δύναμιν ἐν τοῖς πράγμασι μηδεμίαν ἔχοντες.*

II 39 *Profecto Brixellum Othone honor imperii penes Titianum fratrem, vis ac potestas penes Proculum praefectum; Celsus et Paulinus, cum prudentia eorum nemo uteretur, inani nomine ducum alienae culpae praetendebantur.*

31—33 *Ἦν δὲ θορυβώδη καὶ τὰ παρὰ τοῖς πολεμίοις, μάλιστα δὲ τοῖς ὑπὸ τῷ Οὐάλεντι·*

II 27 (Caecina) *culpam in militem conferebat, seditioni magis quam proelio paratum* . . . (In copiis Fabii Valentis) *Gravis alioquin seditio exarserat, quam altiore initio . . . repetam* e. q. s. II 28—29.

33—37 *καὶ τῆς περὶ τὴν ἐνέδραν μάχης ἀπαγγελθείσης ἐχαλέπαινον, ὅτι μὴ παρεγένοντο μηδὲ ἤμυναν ἀνδρῶν τοσούτων ἀποθανόντων. Μόλις δὲ πείσας καὶ παραιτησάμενος ὡρμημένους αὐτοὺς βάλλειν ἀνέζευξε καὶ συνῆψε τοῖς περὶ Κεκίναν.*

II 30 *Munientibus castra apud Ticinum de adversa Caecinae pugna adlatum, et prope renovata seditio, tamquam fraude et cunctationibus Valentis proelio defuissent: nolle requiem, non exspectare ducem, anteire signa, urguere signiferos; rapido agmine Caecinae iunguntur.*

1—7. Cum quaeritur, fueritne iam tum, cum Caecina Placentia movit, Cremona in potestate Vitellianorum necne, me haud paenitet eorum sententiae esse, qui fuisse adfirmant; quo in numero sunt Mommsen, Hardy, Fabia, alii [1]. Ad hanc rem diiudicandam plurimum valet locus ab Hardio et a Fabia allatus, *capta Pannoniorum cohors apud Cremonam* Tac. II 17. Nam *apud Cremonam* hac in re dicitur pro eo, quod est *Cremonae* [2]. Neque potuit Tacitus, quae est opinio Mommsenii [3], huius expugnationem oppidi silentio praetervehi; itaque sic interpretandus est locus ille, ut ibi eam commemorari putes. At quod II 23 a Tacito significatam esse dicit Gerstenecker p. 18, iis refellitur, quae apud Tacitum sequuntur II 24 init.: *angebant Caecinam nequiquam omnia coepta et senescens exercitus sui fama. Pulsus Placentia, caesis nuper auxiliis* e. q. s. Non enim his tam maestis cogitationibus Caecina se daret, si quidem Cremonam perpaulo ante cepisset. Quae praeterea contra nostram sententiam adferuntur prompte confutaveris. Quod enim propter II 22 *pudore coeptae temere oppugnationis, ne inrisus ac vanus isdem castris adsideret*

---

[1]) Cfr. Gerstenecker adn. 44; Fabia p. 55 adn. 2.

[2]) Cfr. Nipperdey ad Ann. I 5 *aput urbem Nolam*.

[3]) Hermes V p. 162 adn. 3. — Dixerit quispiam verbis Taciti II 17 *florentissimum Italiae latus, quantum inter Padum Alpesque camporum et urbium, armis Vitellii tenebatur* Cremonam contineri. Respondet Gerstenecker p. 7 sqq. propter I 70 *transpadanae regionis* illa de sola regione Italiae undecima (cfr. Plin. N. H. III 123) esse accipienda; at Cremonam sitam esse in regione decima (cfr. Plin. N. H. III 130). Sed quoniam Cremona proxime confinium erat, incertum est an Gerstenecker haec Taciti verba nimis angustis circumscripserit finibus.

Gerstenecker p. 17 ferri posse negat Caecinam ad locum a se ante occupatum pedem rettulisse, non est regressus Caecina, sed ad urbem, qua praemissae cohortes (cfr. II 17) potitae erant, progressus. Reliquas Gersteneckeri rationes mittere possumus. Quoniam igitur quid sentiat scriptor apertum est, maximum hinc ducitur argumentum, quo Tacitum auctorem esse Plutarchi demonstratur: quo uti non licuit Gersteneckero aut, qui eum secutus est, Lezio. Nam Plutarchi κινδυνεύειν δὲ τοὺς ἐν Κρεμώνῃ e verbis Taciti *sibi pulsum Caecinam pergere Cremonam accepit* perperam intellectis ducta esse manifestum est [1]: quod argumentum Fabia p. 55 sq. frustra diluere conatur. Item cetera quae Plutarchus exponit, ut quae Taciti loco simillima sint, ex hoc uno fluxerunt [2]. *Et* πλησίον τῶν πολεμίων ad Betriacum spectare perspicitur e P. O. 8 πολίχνη πλησίον Κρεμώνης τὸ Βητριακόν.

7—8. Hoc adeo dictum est summatim, nihil ut opus sit fonte separato [3].

8—25. Quae refert Plutarchus veritati rerum non esse consentanea inter omnes convenit, posteaquam

---

[1] [illegible] etiam antea fuit. — Cfr. P. O. 3 de Ostia. His ductus locis recentiores quoque Taciti interpretes in eundem errorem inciderunt quem Plutarchus.

[2] In μετήγαγεν haeserunt Mommsen, Hermes V p. 163, Lezius p. 111 adn. 1, Fabia p. 56, sine causa illi quidem. Neque enim huic verbo semper subiecta est transeundi notio: bene Hardy p. 63 'brought up'. Gallum laeva Padi ripa a Verona Cremonam versus legionem duxisse, cum Spurinnae nuntium acciperet, Gerstenecker p. 12 sq. refutato Mommsenio obtinuit: nec tamen, id quod Lezius et alii putant, cum Tacito pugnat Plutarchi μετήγαγεν, modo recte interpretemur.

[3] Hoc Fabia p. 56 concedit.

Heraeus ad Tac. II 25 pugnam ad Castorum factam luculenter enarravit. Tacitus enim simul et pedites et equites e castris Othonianis eductos dicit atque ita dispositos, ut adversarios longius progredientes cingere possent. At Plutarchus a Celso solis equitibus hostes circumventos, tum demum pedites e castris advocatos scribit. Iam si e Tacito male perspecto Plutarchum pendere sumimus, praeclare expediuntur omnia. Nihil enim apud hunc invenitur, quin cum illo comparationem habeat. Primum *τοῦ — Κέλσῳ* (v. 8—13) locus est unus omnium simillimus [1]; usque eo Tacitum fontem communem esse imitatum haud sane credibile est. Tum *καὶ οὗτος — ἀντεξελάσας* (v. 13 sq.) ad narrationem Taciti maxime quadrat [2]. Etiam *πεφυλαγμένως — διώξει* apte cohaerent cum verbis Taciti *terga — suos*; quamquam Plutarchus, *repressit* minus recte interpretatus, equites Celsi non consistentes, verum impetum modo retardantes facit. Sed multo maior in *καὶ τὴν — συνταράξας* error est. Plutarchus non dicit Celsum *sensim cessisse*, sed progredientem hostes in insidiis locatos circumplexum esse. Sic perverse reddidit *subito discursu terga cinxerat eques*; et quas Tacitus his significat insidias ab Othonianis structas — cfr. *ultro in insidias praecipitantur* — easdem putavit esse, quas Caecina posuisset, de quibus Tacitus paulo

[1]) Propter *αὐτόμολοι*, cui voci Lezius p. 113 adn. 1 commode ascripsit II 34 *crebris, ut in civili bello, transfugiis*, de secundario fonte non esse cogitandum Fabia p. 57 adn. 2 confitetur. De *Κέλσῳ* cfr. ad O. 9 v. 29.

[2]) *Ἀγαθοῖς*, qualia adfingere Plutarchus minime dubitat (cfr. Praefatio), cum *promptissimos praetorianorum equitum* II 25 conferri potest.

supra dixit *donec insidiae coorerentur.* Συνταράξας e *praecipitantur* generatum videtur. Porro ἐκάλει — στρατοπέδου nugae sunt; sed facile ea efficere potuit scriptor incuriosus e *signum* — *datum,* quae illis *subito* — *eques* continuantur[1]). Neque desunt in v. 16—25 necessitudinis indicia; δοκοῦσιν est *percrebruerit*[2]); ἂν . . . πᾶν τὸ μετὰ Κεκίνα στράτευμα συντρῖψαι καὶ ἀνελεῖν et *deleri cum universo exercitu Caecinam potuisse* gemina sunt. Quod Plutarchus Paulinum sero subvenisse dicit, Tacitus et hoc et ante tempus receptui cecinisse, nullum id mihi scrupulum inicit. Οἱ δὲ πολλοὶ — στρατηγῶν contexta sunt ex II 26[3]) et II 23, cui respondent ea quoque, quae apud Plutarchum his succedunt.

V. 25—26 cum Tacito congruunt; nam αὐτοῖς pronomine Plutarchus duces significat, quorum modo fecit mentionem (τῶν στρατηγῶν)[4]).

26—27. Haec in eodem sermonis nexu poni a Plutarcho atque a Tacito notandum est. Ea enim Plutarchi narratio, cui haec subiunguntur, usque a καὶ παρώξυνον capiti Taciti II 23 respondet. Sed haec

---

[1]) Sic contra Groagium p. 752 sq. demonstrasse videor Plutarchum facile ex Historiis male interpretatis sua conflare potuisse.

[2]) Sic Lezius p. 115, Fabia p. 58.

[3]) Hunc locum Groag p. 753 neglexit: »Umgekehrt teilt P. allein die Beschuldigungen mit, welche Paulinus' Truppen gegen ihren Chef erhoben«. Οἱ δὲ πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν et *vulgus* paria sunt; nec minus καὶ προδοσίαν ἐνεκάλουν αὐτῷ et *adverso rumore fuit.*

[4]) Cavendum est ne auctoribus Lezio p. 116 sq., Hardio p. 63, aliis αὐτοῖς ad milites (τῶν στρατιωτῶν) referas; sic Lezio Plutarchus et Tacitus inter se abhorrere visi sunt. Fabia p. 58 adn. 2 Lezium correxit.

omnia, quae Tacitus iam ante pugnam ad Castorum commissam tradit, huc transposuit Plutarchus. Quo factum est ut hic alio tempore atque ille Titianum exercitui praepositum dicere videretur. Neque est cur cum Fabia aliisque [1]) hac de re Tacito non credamus; quis enim Othonem prohibebat si modo ipse voluit ante proelium fratrem copiis praeficere? Praeterea Historiarum locum curatius legenti apparet Titianum, quamquam ante Roma accitus erat, facta pugna Bedriacum pervenisse [2]). Quod non est documento fontem communem a Plutarcho adhibitum esse; nam quia ex Historiis satis patebat Titianum proelio non interfuisse, suo iure Plutarchus hic demum eum adesse commemorat.

27—31. Eadem quae Tacitus totidem verbis dicit Plutarchus. Cfr. *Πρόκλον τὸν ἔπαρχον* cum *Proculum praefectum*; ὃς — *ἀρχήν, vis — penes*; *πρόσχημα — Τιτιανός, honor — fratrem*; *ἄλλως, inani*; *ὄνομα, nomine*; *ἐξουσίαν — ἔχοντες, cum — uteretur*. Quae e fonte communi a Tacito exscripta esse non concedo [3]).

V. 31—37 a Tacito delabi potuisse apud Fabiam in confesso est; quod quidem propter multorum verborum similitudinem dubitationem non habere existimo [4]).

---

[1]) Cfr. Fabia p. 59 sq. et 280.

[2]) Cfr. *interea* II 24,1, de quo Wolff ad II 23 extr.; Gerstenecker p. 26 ; Lezius p. 117 adn. 1; Groag p. 753 adn. 1.

[3]) Quod etiam Proculum Plutarchus hoc loco Bedriacum mitti fecit ab Othone, propterea alius fons non est statuendus. Cfr. Fabia p. 58 adn. 3.

[4]) Cfr. *καὶ τῆς — ἀπαγγελθείσης* cum *de adversa — adlatum*; *μὴ παρεγένοντο, proelio defuissent*; *ὡρμημένους αὐτοὺς βάλλειν, prope renovata seditio*; *συνῆψε τοῖς περὶ Κεκίναν, Caecinae iunguntur*. Vid. praeterea Fabia p. 60.

P. O. c. 8.

1—3 *Ὁ δὲ Ὄθων παραγενόμενος εἰς Βητριακὸν εἰς τὸ στρατόπεδον (ἔστι δὲ πολίχνη πλησίον Κρεμώνης τὸ Βητριακόν) ἐβουλεύετο περὶ τῆς μάχης.*	II 31 *Coniunctis Caecinae ac Valentis copiis . . . Otho consultavit, trahi bellum an fortunam experiri placeret.*
3—7 *Καὶ Πρόκλῳ μὲν ἐδόκει καὶ Τιτιανῷ, τῶν στρατευμάτων ὄντων προθύμων καὶ προσφάτου τῆς νίκης, διαγωνίσασθαι καὶ μὴ καθῆσθαι τὴν ἀκμὴν ἀμβλύνοντα τῆς δυνάμεως καὶ περιμένοντα Οὐϊτέλλιον αὐτὸν ἐκ Γαλατίας ἐπελθεῖν·*[1])	II 33 *Otho pronus ad decertandum; frater eius Titianus et praefectus praetorii Proculus, imperitia properantes, fortunam et deos et numen Othonis adesse consiliis, adfore conatibus testabantur, neu quis obviam ire sententiae auderet, in adulationem concesserant.*
7—9 *Παυλῖνος δὲ τοῖς μὲν πολεμίοις ἔφη πάντα, μεθ' ὧν μαχοῦνται, παρεῖναι καὶ μηδὲν ἐνδεῖν,*	II 32 *Tunc Suetonius Paulinus . . . disseruit: exercitum Vitellii universum advenisse, nec multum virium a tergo.*
9—11 *Ὄθωνι δὲ τῆς ἤδη παρούσης οὐκ ἐλάττονα προσδόκιμον εἶναι δύναμιν ἐκ Μυσίας καὶ Παννονίας,*	II 32 *Paucis diebus quartam decumam legionem, magna ipsam fama, cum Moesicis copiis adfore.* II 32 *Contra ipsis . . . Pannoniam Moesiam . . . cum integris exercitibus.*
11—12 *ἂν τὸν αὑτοῦ περιμένῃ καιρόν, ἀλλὰ μὴ στρατηγῇ πρὸς τὸν τῶν πολεμίων.*	II 32 *proinde duceret bellum.* II 32 *festinationem hostibus, moram ipsis utilem.*
12—15 *Οὐ γὰρ ἀμβλυτέροις γε χρήσεσθαι τότε τοῖς νῦν θαρροῦσιν ἀπ' ἐλαττόνων, ἂν πλείονας τοὺς ἀγωνιζομένους προσλάβωσιν, ἀλλ' ἐκ περιουσίας ἀγωνιεῖσθαι·*	II 32 *tum rursus deliberaturum et, si proelium placuisset, auctis viribus certaturos.*

---

[1]) Cfr. Suet. O. 9 *speransque ante Vitellii adventum profligari plurimum posse.*

15—17 καὶ χωρὶς δὲ τούτου τὴν διατριβὴν εἶναι πρὸς αὐτῶν ἐν ἀφθόνοις πᾶσιν ὄντων,	II 32 *moram ipsis utilem.* II 32 *ipsis omnia opulenta.*
17—18 ἐκείνοις δὲ τὸν χρόνον ἀπορίαν παρέξειν τῶν ἀναγκαίων ἐν πολεμίᾳ καθεζομένοις.	II 32 *clausam Alpibus et nullo maris subsidio transpadanam Italiam atque ipso transitu exercitus vastam; non frumentum usquam exercitui, nec exercitum sine copiis retineri posse.*
18—19 Ταῦτα λέγοντι Παυλίνῳ Μάριος Κέλσος ἐγένετο σύμψηφος.	II 33 *Accedebat sententiae Paulini Marius Celsus;*
19—23 Ἄννιος δὲ Γάλλος οὐ παρῆν μέν, ἀλλ' ἐθεραπεύετο πεπτωκὼς ἀφ' ἵππου, γράψαντος δὲ Ὄθωνος αὐτῷ συνεβούλευσε μὴ σπεύδειν, ἀλλὰ τὴν ἐκ Μυσίας περιμένειν δύναμιν ἤδη καθ' ὁδὸν οὖσαν.	*idem placere Annio Gallo, paucos ante dies lapsu equi adflicto, missi qui consilium eius sciscitarentur rettulerant.*
23—24 Οὐ μὴν ἐπείθετο τούτοις, ἀλλὰ ἐκράτησαν οἱ πρὸς τὴν μάχην παρορμῶντες.	*Otho pronus ad decertandum.*

Nihil impedit, quo minus e Tacito deprompta sint haec omnia praeter illud v. 1—3, Othonem Bedriacum advenisse; quod ex secundario fonte inserere facile fuit [1]. Nam qui ordinem loquentium a Plutarcho immutari potuisse negant [2], nihil agunt; talibus de argumentis dixi in Praefatione [3].

1—3. Ex alio fonte profluxisse παραγενόμενος εἰς Βητριακὸν εἰς τὸ στρατόπεδον propter P. O. 5 v. 16 sq.

---

1) Etiam versibus 3—7 haud scio an quaedam aliunde sint admixta.

2) Velut Fabia p. 61, Groag p. 754.

3) Similiter Plutarchus, cum in vita Niciae Thucydidem sequeretur ducem, alio tamen ordine atque Thuc. VI 47 sqq. in consilio Rhegii habito (c. 14) sententiam ferentes inducit praetores Atheniensium. Cfr. Woelfflin Plin. p. 352 sq.

Othonianis . . . omnia ducum facta prave aestimantibus. Certatim . . . Annium Gallum et Suetonium Paulinum et Marium Celsum . . . variis criminibus incessebant . . . modo occultis ad Othonem litteris;

25—26 *Ὁ δὲ Ὄθων οὐχ οὕτως ἐπίστευεν αὐτοῖς, ὡς ἐβούλετο μὴ δοκεῖν ἀπιστεῖν.*

qui humillimo cuique credulus, bonos metuens trepidabat . . .

26—27 *Ἔπεμψεν οὖν Τιτιανὸν ἐπὶ τὰ στρατεύματα τὸν ἀδελφὸν*

Igitur Titianum fratrem accitum bello praeposuit.

27—31 *καὶ Πρόκλον τὸν ἔπαρχον, ὃς εἶχεν ἔργῳ τὴν πᾶσαν ἀρχήν, πρόσχημα δὲ ἦν ὁ Τιτιανός. Οἱ δὲ περὶ τὸν Κέλσον καὶ Παυλῖνον ἄλλως ἐφείλκοντο συμβούλων ὄνομα καὶ φίλων, ἐξουσίαν καὶ δύναμιν ἐν τοῖς πράγμασι μηδεμίαν ἔχοντες.*

II 39 *Profecto Brixellum Othone honor imperii penes Titianum fratrem, vis ac potestas penes Proculum praefectum; Celsus et Paulinus, cum prudentia eorum nemo uteretur, inani nomine ducum alienae culpae praetendebantur.*

31—33 *Ἦν δὲ θορυβώδη καὶ τὰ παρὰ τοῖς πολεμίοις, μάλιστα δὲ τοῖς ὑπὸ τῷ Οὐάλεντι·*

II 27 (Caecina) *culpam in militem conferebat, seditioni magis quam proelio paratum . . .* (In copiis Fabii Valentis) *Gravis alioquin seditio exarserat, quam altiore initio . . . repetam* e. q. s. II 28—29.

33—37 *καὶ τῆς περὶ τὴν ἐνέδραν μάχης ἀπαγγελθείσης ἐχαλέπαινον, ὅτι μὴ παρεγένοντο μηδὲ ἤμυναν ἀνδρῶν τοσούτων ἀποθανόντων. Μόλις δὲ πείσας καὶ παραιτησάμενος ὡρμημένους αὐτοὺς βάλλειν ἀνέζευξε καὶ συνῆψε τοῖς περὶ Κεκίναν.*

II 30 *Munientibus castra apud Ticinum de adversa Caecinae pugna adlatum, et prope renovata seditio, tamquam fraude et cunctationibus Valentis proelio defuissent: nolle requiem, non exspectare ducem, anteire signa, urguere signiferos; rapido agmine Caecinae iunguntur.*

1—7. Cum quaeritur, fueritne iam tum, cum Caecina Placentia movit, Cremona in potestate Vitellianorum necne, me haud paenitet eorum sententiae esse, qui fuisse adfirmant; quo in numero sunt Mommsen, Hardy, Fabia, alii [1]). Ad hanc rem diiudicandam plurimum valet locus ab Hardio et a Fabia allatus, *capta Pannoniorum cohors apud Cremonam* Tac. II 17. Nam *apud Cremonam* hac in re dicitur pro eo, quod est *Cremonae* [2]). Neque potuit Tacitus, quae est opinio Mommsenii [3]), huius expugnationem oppidi silentio praetervehi; itaque sic interpretandus est locus ille, ut ibi eam commemorari putes. At quod II 23 a Tacito significatam esse dicit Gerstenecker p. 18, iis refellitur, quae apud Tacitum sequuntur II 24 init.: *angebant Caecinam nequiquam omnia coepta et senescens exercitus sui fama. Pulsus Placentia, caesis nuper auxiliis* e. q. s. Non enim his tam maestis cogitationibus Caecina se daret, si quidem Cremonam perpaulo ante cepisset. Quae praeterea contra nostram sententiam adferuntur prompte confutaveris. Quod enim propter II 22 *pudore coeptae temere oppugnationis, ne inrisus ac vanus isdem castris adsideret*

---

[1]) Cfr. Gerstenecker adn. 44; Fabia p. 55 adn. 2.

[2]) Cfr. Nipperdey ad Ann. I 5 *aput urbem Nolam.*

[3]) Hermes V p. 162 adn. 3. — Dixerit quispiam verbis Taciti II 17 *florentissimum Italiae latus, quantum inter Padum Alpesque camporum et urbium, armis Vitellii tenebatur* Cremonam contineri. Respondet Gerstenecker p. 7 sqq. propter I 70 *transpadanae regionis* illa de sola regione Italiae undecima (cfr. Plin. N. H. III 123) esse accipienda; at Cremonam sitam esse in regione decima (cfr. Plin. N. H. III 130). Sed quoniam Cremona proxime confinium erat, incertum est an Gerstenecker haec Taciti verba nimis angustis circumscripserit finibus.

Gerstenecker p. 17 ferri posse negat Caecinam ad locum a se ante occupatum pedem rettulisse, non est regressus Caecina, sed ad urbem, qua praemissae cohortes (cfr. II 17) potitae erant, progressus. Reliquas Gersteneckeri rationes mittere possumus. Quoniam igitur quid sentiat scriptor apertum est, maximum hinc ducitur argumentum, quo Tacitum auctorem esse Plutarchi demonstratur; quo uti non licuit Gersteneckero aut, qui eum secutus est, Lezio. Nam Plutarchi κινδυνεύειν δὲ τοὺς ἐν Κρεμώνῃ e verbis Taciti *ubi pulsum Caecinam pergere Cremonam accepit* perperam intellectis ducta esse manifestum est [1]; quod argumentum Fabia p. 55 sq. frustra diluere conatur. Item cetera quae Plutarchus exponit, ut quae Taciti loco simillima sint, ex hoc uno fluxerunt [2]. *Et πλησίον τῶν πολεμίων* ad Betriacum spectare perspicitur e P. O. 8 πολίχνῃ πλησίον Κρεμώνης τὸ Βητριακόν.

7—8. Hoc adeo dictum est summatim, nihil ut opus sit fonte separato [3].

8—25. Quae refert Plutarchus veritati rerum non esse consentanea inter omnes convenit, posteaquam

---

[1] *Quid Caecina pararet* etiam anceps fuit. — Cfr. P. O. 3 de Ostia. His duobus locis recentiores quoque Taciti interpretes in eundem errorem inciderunt quem Plutarchus.

[2] In μετήγαγεν haeserunt Mommsen, Hermes V p. 163, Lezius p. 111 adn. 1, Fabia p. 56, sine causa illi quidem. Neque enim huic verbo semper subiecta est transeundi notio; bene Hardy p. 63 »brought up«. Gallum laeva Padi ripa a Verona Cremonam versus legionem duxisse, cum Spurinnae nuntium acciperet, Gerstenecker p. 12 sq. refutato Mommsenio obtinuit; nec tamen, id quod Lezius et alii putant, cum Tacito pugnat Plutarchi μετήγαγεν, modo recte interpretemur.

[3] Hoc Fabia p. 56 concedit.

Heraeus ad Tac. II 25 pugnam ad Castorum factam luculenter enarravit. Tacitus enim simul et pedites et equites e castris Othonianis eductos dicit atque ita dispositos, ut adversarios longius progredientes cingere possent. At Plutarchus a Celso solis equitibus hostes circumventos, tum demum pedites e castris advocatos scribit. Iam si e Tacito male perspecto Plutarchum pendere sumimus, praeclare expediuntur omnia. Nihil enim apud hunc invenitur, quin cum illo comparationem habeat. Primum *τοῦ — Κέλσῳ* (v. 8—13) locus est unus omnium simillimus[1]; usque eo Tacitum fontem communem esse imitatum haud sane credibile est. Tum *καὶ οὗτος — ἀντεξελάσας* (v. 13 sq.) ad narrationem Taciti maxime quadrat[2]. Etiam *πεφυλαγμένως — διώξει* apte cohaerent cum verbis Taciti *terga — suos*; quamquam Plutarchus, *repressit* minus recte interpretatus, equites Celsi non consistentes, verum impetum modo retardantes facit. Sed multo maior in *καὶ τὴν — συνταράξας* error est. Plutarchus non dicit Celsum *sensim cessisse*, sed progredientem hostes in insidiis locatos circumplexum esse. Sic perverse reddidit *subito discursu terga cinxerat eques*; et quas Tacitus his significat insidias ab Othonianis structas — cfr. *ultro in insidias praecipitantur* — easdem putavit esse, quas Caecina posuisset, de quibus Tacitus paulo

---

[1]) Propter *αὐτόμολοι*, cui voci Lezius p. 113 adn. 1 commode ascripsit II 34 *crebris, ut in civili bello, transfugiis*, de secundario fonte non esse cogitandum Fabia p. 57 adn. 2 confitetur. De *Κέλσῳ* cfr. ad O. 9 v. 29.

[2]) *Ἀγαθοῖς*, qualia adfingere Plutarchus minime dubitat (cfr. Praefatio), cum *promptissimos praetorianorum equitum* II 25 conferri potest.

supra dixit *donec insidiae coorerentur.* *Συνταράξας* e *praecipitantur* generatum videtur. Porro *ἐκάλει — στρατοπέδου* nugae sunt; sed facile ea efficere potuit scriptor incuriosus e *signum — datum,* quae illis *subito — eques* continuantur[1]). Neque desunt in v. 16—25 necessitudinis indicia; *δοκοῦσιν* est *percrebruerit*[2]); *ἂν . . . πᾶν τὸ μετὰ Κεκίνα στράτευμα συντρῖψαι καὶ ἀνελεῖν* et *deleri cum universo exercitu Caecinam potuisse* gemina sunt. Quod Plutarchus Paulinum sero subvenisse dicit, Tacitus et hoc et ante tempus receptui cecinisse, nullum id mihi scrupulum inicit. *Οἱ δὲ πολλοὶ — στρατηγῶν* contexta sunt ex II 26[3]) et II 23, cui respondent ea quoque, quae apud Plutarchum his succedunt.

V. 25—26 cum Tacito congruunt; nam *αὐτοῖς* pronomine Plutarchus duces significat, quorum modo fecit mentionem (*τῶν στρατηγῶν*)[4]).

26—27. Haec in eodem sermonis nexu poni a Plutarcho atque a Tacito notandum est. Ea enim Plutarchi narratio, cui haec subiunguntur, usque a *καὶ παρώξυνον* capiti Taciti II 23 respondet. Sed haec

---

[1]) Sic contra Groagium p. 752 sq. demonstrasse videor Plutarchum facile ex Historiis male interpretatis sua conflare potuisse.

[2]) Sic Lezius p. 115, Fabia p. 58.

[3]) Hunc locum Groag p. 753 neglexit: »Umgekehrt teilt P. allein die Beschuldigungen mit, welche Paulinus' Truppen gegen ihren Chef erhoben«. *Οἱ δὲ πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν* et *vulgus* paria sunt; nec minus *καὶ προδοσίαν ἐνεκάλουν αὐτῷ* et *adverso rumore fuit.*

[4]) Cavendum est ne auctoribus Lezio p. 116 sq., Hardio p. 63, aliis *αὐτοῖς* ad milites (*τῶν στρατιωτῶν*) referas; sic Lezio Plutarchus et Tacitus inter se abhorrere visi sunt. Fabia p. 58 adn. 2 Lezium correxit.

omnia, quae Tacitus iam ante pugnam ad Castorum commissam tradit, huc transposuit Plutarchus. Quo factum est ut hic alio tempore atque ille Titianum exercitui praepositum dicere videretur. Neque est cur cum Fabia aliisque [1]) hac de re Tacito non credamus; quis enim Othonem prohibebat si modo ipse voluit ante proelium fratrem copiis praeficere? Praeterea Historiarum locum curatius legenti apparet Titianum, quamquam ante Roma accitus erat, facta pugna Bedriacum pervenisse [2]). Quod non est documento fontem communem a Plutarcho adhibitum esse; nam quia ex Historiis satis patebat Titianum proelio non interfuisse, suo iure Plutarchus hic demum eum adesse commemorat.

27—31. Eadem quae Tacitus totidem verbis dicit Plutarchus. Cfr. *Πρόκλον τὸν ἔπαρχον* cum *Proculum praefectum*; ὃς — *ἀρχήν*, *vis* — *penes*; *πρόσχημα* — ***Τιτιανός***, *honor* — *fratrem*; *ἄλλως*, *inani*; *ὄνομα*, *nomine*; *ἐξουσίαν* — *ἔχοντες*, *cum* — *uteretur*. Quae e fonte communi a Tacito exscripta esse non concedo [3]).

V. 31—37 a Tacito delabi potuisse apud Fabiam in confesso est; quod quidem propter multorum verborum similitudinem dubitationem non habere existimo [4]).

---

[1]) Cfr. Fabia p. 59 sq. et 280.

[2]) Cfr. *interea* II 24,1, de quo Wolff ad II 23 extr.; Gerstenecker p. 26 ; Lezius p. 117 adn. 1; Groag p. 753 adn. 1.

[3]) Quod etiam Proculum Plutarchus hoc loco Bedriacum mitti fecit ab Othone, propterea alius fons non est statuendus. Cfr. Fabia p. 58 adn. 3.

[4]) Cfr. *καὶ τῆς* — *ἀπαγγελθείσης* cum *de adversa* — *adlatum*; *μὴ παρεγένοντο*, *proelio defuissent*; *ὡρμημένους αὐτοὺς βάλλειν*, *prope renovata seditio*; *συνῆψε τοῖς περὶ Κεκίναν*, *Caecinae iunguntur*. Vid. praeterea Fabia p. 60.

P. O. c. 8.

1—3 *Ὁ δὲ Ὄθων παραγενόμενος εἰς Βητριακὸν εἰς τὸ στρατόπεδον (ἔστι δὲ πολίχνη πλησίον Κρεμώνης τὸ Βητριακόν) ἐβουλεύετο περὶ τῆς μάχης.*

II 31 *Coniunctis Caecinae ac Valentis copiis . . . Otho consultavit, trahi bellum an fortunam experiri placeret.*

3—7 *Καὶ Πρόκλῳ μὲν ἐδόκει καὶ Τιτιανῷ, τῶν στρατευμάτων ὄντων προθύμων καὶ προσφάτου τῆς νίκης, διαγωνίσασθαι καὶ μὴ καθῆσθαι τὴν ἀκμὴν ἀμβλύνοντα τῆς δυνάμεως καὶ περιμένοντα Οὐϊτέλλιον αὐτὸν ἐκ Γαλατίας ἐπελθεῖν·* [1])

II 33 *Otho pronus ad decertandum; frater eius Titianus et praefectus praetorii Proculus, imperitia properantes, fortunam et deos et numen Othonis adesse consiliis, adfore conatibus testabantur, neu quis obviam ire sententiae auderet, in adulationem concesserant.*

7—9 *Παυλῖνος δὲ τοῖς μὲν πολεμίοις ἔφη πάντα, μεθ' ὧν μαχοῦνται, παρεῖναι καὶ μηδὲν ἐνδεῖν,*

II 32 *Tunc Suetonius Paulinus . . . disseruit: exercitum Vitellii universum advenisse, nec multum virium a tergo.*

9—11 *Ὄθωνι δὲ τῆς ἤδη παρούσης οὐκ ἐλάττονα προσδόκιμον εἶναι δύναμιν ἐκ Μυσίας καὶ Παννονίας,*

II 32 *Paucis diebus quartam decumam legionem, magna ipsam fama, cum Moesicis copiis adfore.*
II 32 *Contra ipsis . . . Pannoniam Moesiam . . . cum integris exercitibus.*

11—12 *ἂν τὸν αὐτοῦ περιμένῃ καιρόν, ἀλλὰ μὴ στρατηγῇ πρὸς τὸν τῶν πολεμίων.*

II 32 *proinde duceret bellum.*
II 32 *festinationem hostibus, moram ipsis utilem.*

12—15 *Οὐ γὰρ ἀμβλυτέροις γε χρήσεσθαι τότε τοῖς νῦν θαρροῦσιν ἀπ' ἐλαττόνων, ἂν πλείονας τοὺς ἀγωνιζομένους προσλάβωσιν, ἀλλ' ἐκ περιουσίας ἀγωνιεῖσθαι·*

II 32 *tum rursus deliberaturum et, si proelium placuisset, auctis viribus certaturos.*

---

[1]) Cfr. Suet. O. 9 *speransque ante Vitellii adventum profligari plurimum posse.*

15—17 καὶ χωρὶς δὲ τούτου τὴν διατριβὴν εἶναι πρὸς αὐτῶν ἐν ἀφθόνοις πᾶσιν ὄντων,	II 32 *moram ipsis utilem.* II 32 *ipsis omnia opulenta.*
17—18 ἐκείνοις δὲ τὸν χρόνον ἀπορίαν παρέξειν τῶν ἀναγκαίων ἐν πολεμίᾳ καθεζομένοις.	II 32 *clausam Alpibus et nullo maris subsidio transpadanam Italiam atque ipso transitu exercitus vastam; non frumentum usquam exercitui, nec exercitum sine copiis retineri posse.*
18—19 Ταῦτα λέγοντι Παυλίνῳ Μάριος Κέλσος ἐγένετο σύμψηφος.	II 33 *Accedebat sententiae Paulini Marius Celsus;*
19—23 Ἄννιος δὲ Γάλλος οὐ παρῆν μέν, ἀλλ' ἐθεραπεύετο πεπτωκὼς ἀφ' ἵππου, γράψαντος δὲ Ὄθωνος αὐτῷ συνεβούλευσε μὴ σπεύδειν, ἀλλὰ τὴν ἐκ Μυσίας περιμένειν δύναμιν ἤδη καθ' ὁδὸν οὖσαν.	*idem placere Annio Gallo, paucos ante dies lapsu equi adflicto, missi qui consilium eius sciscitarentur rettulerant.*
23—24 Οὐ μὴν ἐπείθετο τούτοις, ἀλλὰ ἐκράτησαν οἱ πρὸς τὴν μάχην παρορμῶντες.	*Otho pronus ad decertandum.*

Nihil impedit, quo minus e Tacito deprompta sint haec omnia praeter illud v. 1—3, Othonem Bedriacum advenisse; quod ex secundario fonte inserere facile fuit [1]. Nam qui ordinem loquentium a Plutarcho immutari potuisse negant [2], nihil agunt; talibus de argumentis dixi in Praefatione [3].

1—3. Ex alio fonte profluxisse παραγενόμενος εἰς Βητριακὸν εἰς τὸ στρατόπεδον propter P. O. 5 v. 16 sq.

[1] Etiam versibus 3—7 haud scio an quaedam aliunde sint admixta.

[2] Velut Fabia p. 61, Groag p. 754.

[3] Similiter Plutarchus, cum in vita Niciae Thucydidem sequeretur ducem, alio tamen ordine atque Thuc. VI 47 sqq. in consilio Rhegii habito (c. 14) sententiam ferentes inducit praetores Atheniensium. Cfr. Woelfflin Plin. p. 352 sq.

confitendum est [1]). Ceterum iam hic Tacitum adhibitum esse a Plutarcho [2]) eo probabile fit, quod quibus verbis ille orationem traducit *(coniunctis — copiis)*, ea extremo capiti O. 7 respondent.

3—7. In hoc Plutarchus Tacito non ita valde congruit, nisi quod Titiani et Proculi sententias coniunxerunt ambo. Illorum cum adulationem tantum Tacitus perstringat, apud Plutarchum argumenta quaedam adferuntur, e quibus unum Suetonius quoque habet. Sed a Plutarcho, cum omnino Tacitum sequeretur, non nulla tamen, ut in oratione, aliunde interiecta esse non est incredibile [3]).

7—18. Quo dissimiliores in dictis alienis reddendis solent esse veteres, eo magis ille qui in sententia Paulini inter Plutarchum et Tacitum apparet consensus commemorandus est [4]).

V. 7—9 cum Tacito, qui et ipse in initio haec posuit, ad verbum concinunt; ac Plutarchus quidem,

---

[1]) Lezius p. 120, quod hoc ex narrationis conexu apparere contendit, in vitio est.

[2]) Cfr. ὁ δὲ Ὄθων . . . ἐβουλεύετο περὶ τῆς μάχης cum *Otho consultavit* e. q. s.

[3]) Haec a Tacito ob Celsi et Paulini studium omissa esse Nissen p. 522 sq. et si qui eum secuti sunt falso opinantur. Nam quoniam et Tacitus et Suetonius aeque ac Plutarchus perversum fuisse Titiani Proculique consilium sibi persuaserant (cfr. T. II 33 *idem illi deterioris consilii auctores*, Suet. O. 9 *quamvis dubium nemini esset quin trahi bellum oporteret*; P. O. 10 καὶ τοῦτο προσεξαμαρτών), non erat cur latius istorum perscriberentur ratiunculae. Cfr. p. 99 adn. 3 extr. et Gerstenecker p. 27.

[4]) Parum hoc curavit Groag p. 754: »Mit grösserer Sicherheit lässt sich für den Kriegsrat Othos die Benützung verschiedener Berichte konstatieren«.

ut solet, *nec multum* mutavit, ut esset καὶ μηδὲν[1]. Quo argumento Paulinum apud utrumque uti notabile est, quia parum valuisse constat. Nam postquam Caecina cum triginta milibus armatorum, Valens cum quadraginta milibus praemissi essent, cum sexaginta milibus subsecutum esse Vitellium Tacitus ipse auctor est[2]. Ita fit hoc loco ut Tacitus, cum exercitum Vitellii universum advenisse nec multum virium a tergo esse demonstrat, tamquam causidicus scripsisse videatur, qui, dum probabilitatem conciliet, argumenta non ponderat. Sic non raro antiquos fecisse constat annalium scriptores, ut suam in utramque partem disserendi facultatem ostentarent[3]. Apparet ipsum hic Tacitum inspectum esse a Plutarcho, praesertim qui non multo ante recte rem exposuerit (v. 6—7).

Nec minus cetera omnia, quae apud Plutarchum Paulinus expromit, de Tacito potuerunt sumi. Singula congruunt; atque adeo simillima sunt v. 12—15

---

[1]) Cfr. P. G. 23 v. 6, ubi μηδὲν προειπὼν e *pauca praefatus* partum esse censeo.

[2]) Sic Hist. II 87 interpretatur Heraeus ad I 61, ubi Vitellius *tota mole belli secuturus* dicitur; cfr. II 57. — Schiller, Gesch. der röm. Kaiserzeit I p. 377 quo pacto Paulini rationem probet, non intellego. Parum dilucide Constans-Girbal p. 146.

[3]) Aliter Gerstenecker adn. 56 et Lezius p. 121 adn. 1: rerum scriptorem scire potuisse, quantis viribus Vitellius adventarit; cum vero Othoniani Bedriaci deliberarent, id ignotum fuisse. Sed tam diligenter Tacitum ipsa Paulini verba transscribere non crediderim; quod etiamsi fecit, certe errasse Paulinum significandum erat. — Quod hoc loco Plutarchus gravius etiam peccat quam Tacitus, ex eo iudicari potest, quam falso Nissen p. 520 contenderit: »P. O. 8, 9 giebt un's den unverfälschten Bericht der Quelle« e. q. s. Cfr. Beckurts p. 39 sqq., Hardy p. 249, Fabia p. 298 sqq.

confitendum est [1]). Ceterum iam hic Tacitum adhibitum esse a Plutarcho [2]) eo probabile fit, quod quibus verbis ille orationem traducit *(coniunctis — copiis)*, ea extremo capiti O. 7 respondent.

3—7. In hoc Plutarchus Tacito non ita valde congruit, nisi quod Titiani et Proculi sententias coniunxerunt ambo. Illorum cum adulationem tantum Tacitus perstringat, apud Plutarchum argumenta quaedam adferuntur, e quibus unum Suetonius quoque habet. Sed a Plutarcho, cum omnino Tacitum sequeretur, non nulla tamen, ut in oratione, aliunde interiecta esse non est incredibile [3]).

7—18. Quo dissimiliores in dictis alienis reddendis solent esse veteres, eo magis ille qui in sententia Paulini inter Plutarchum et Tacitum apparet consensus commemorandus est [4]).

V. 7—9 cum Tacito, qui et ipse in initio haec posuit, ad verbum concinunt; ac Plutarchus quidem,

---

[1]) Lezius p. 120, quod hoc ex narrationis conexu apparere contendit, in vitio est.

[2]) Cfr. *ὁ δὲ Ὄθων . . . ἐβουλεύετο περὶ τῆς μάχης* cum *Otho consultavit* e. q. s.

[3]) Haec a Tacito ob Celsi et Paulini studium omissa esse Nissen p. 522 sq. et si qui eum secuti sunt falso opinantur. Nam quoniam et Tacitus et Suetonius aeque ac Plutarchus perversum fuisse Titiani Proculique consilium sibi persuaserant (cfr. T. II 33 *idem illi deterioris consilii auctores*, Suet. O. 9 *quamvis dubium nemini esset quin trahi bellum oporteret*; P. O. 10 *καὶ τοῦτο προσεξαμαρτών*), non erat cur latius istorum perscriberentur ratiunculae. Cfr. p. 99 adn. 3 extr. et Gerstenecker p. 27.

[4]) Parum hoc curavit Groag p. 754: »Mit grösserer Sicherheit lässt sich für den Kriegsrat Othos die Benützung verschiedener Berichte konstatieren».

ut solet, *nec multum* mutavit, ut esset καὶ μηδὲν [1]). Quo argumento Paulinum apud utrumque uti notabile est, quia parum valuisse constat. Nam postquam Caecina cum triginta milibus armatorum, Valens cum quadraginta milibus praemissi essent, cum sexaginta milibus subsecutum esse Vitellium Tacitus ipse auctor est [2]). Ita fit hoc loco ut Tacitus, cum exercitum Vitellii universum advenisse nec multum virium a tergo esse demonstrat, tamquam causidicus scripsisse videatur, qui, dum probabilitatem conciliet, argumenta non ponderat. Sic non raro antiquos fecisse constat annalium scriptores, ut suam in utramque partem disserendi facultatem ostentarent [3]). Apparet ipsum hic Tacitum inspectum esse a Plutarcho, praesertim qui non multo ante recte rem exposuerit (v. 6—7).

Nec minus cetera omnia, quae apud Plutarchum Paulinus expromit, de Tacito potuerunt sumi. Singula congruunt; atque adeo simillima sunt v. 12—15

---

[1]) Cfr. P. G. 23 v. 6, ubi μηδὲν προειπὼν e *pauca praefatus* partum esse censeo.

[2]) Sic Hist. II 87 interpretatur Heraeus ad I 61, ubi Vitellius *tota mole belli secuturus* dicitur; cfr. II 57. — Schiller, Gesch. der röm. Kaiserzeit I p. 377 quo pacto Paulini rationem probet, non intellego. Parum dilucide Constans-Girbal p. 146.

[3]) Aliter Gerstenecker adn. 56 et Lezius p. 121 adn. 1: rerum scriptorem scire potuisse, quantis viribus Vitellius adventarit; cum vero Othoniani Bedriaci deliberarent, id ignotum fuisse. Sed tam diligenter Tacitum ipsa Paulini verba transscribere non crediderim; quod etiamsi fecit, certe errasse Paulinum significandum erat. — Quod hoc loco Plutarchus gravius etiam peccat quam Tacitus, ex eo iudicari potest, quam falso Nissen p. 520 contenderit: »P. O. 8, 9 giebt uns den unverfälschten Bericht der Quelle« e. q. s. Cfr. Beckurts p. 39 sqq., Hardy p. 249, Fabia p. 298 sqq.

τότε — ἐκ περιουσίας ἀγωνιεῖσθαι, tum . . . auctis viribus certaturos; v. 15—17 *τὴν διατριβὴν εἶναι πρὸς αὐτῶν, moram ipsis utilem*; *αὐτῶν ἐν ἀφθόνοις πᾶσιν ὄντων, ipsis omnia opulenta.* Plutarchus autem quod Moesicas et Pannonicas copias praesentibus haud minores esse dicit (v. 9—11) neque segniores fore milites, si plures advenissent, quin haec facillime potuerit de suo adicere, quid est quod dubites? [1])

18—19. Haec sunt gemina et maxime similia; nam nomina quoque et cognomina mutue respondent [2]).

19—23. Item inter haec eximia similitudo est [3]). Quod Plutarchus *idem placere* Taciti paulo prolixius reddidit (*συνεβούλευσε — οὖσαν*) vix est pro alius fontis vestigio habendum [4]).

23—24. Alio hic fonte non fuit opus nisi *iis*, quae apud Tacitum eodem loco reperiuntur.

P. O. c. 9.

1 *Αἰτίαι δὲ πλείονες ἄλλαι ὑπ' ἄλλων λέγονται·*

[1]) Haec additamenta levissima maioris momenti putant Fabia p. 62 et Groag p. 754.

[2]) Cfr. Lezius p. 122.

[3]) De singulis verbis cfr. Lezius p. 123. Cur Gallus absens fuerit, hoc demum loco et a Tacito et a Plutarcho rationem reddi Gerstenecker p. 52 notavit; quam similitudinem Fabia p. 110 sq. minuere molitur.

[4]) Cfr. quae in Praefatione dixi de orationibus. Plutarchus suo iure pauca repetivit e Paulini sententia, ad quam spectat *idem* Taciti. — Certum quoddam communis fontis argumentum, quod hinc petit Fabia p. 62 sq., ne ab adversariis quidem nostris recipi potest; cfr. Groag p. 754 adn. 4, qui tamen ipse, ut est cognationis infitiator, diversis haec fontibus asserit.

2—7 προδήλως δὲ οἱ στρατηγικοὶ προσαγορευόμενοι καὶ τάξιν ἔχοντες δορυφόρων, τότε μᾶλλον ἀληθινῆς γενόμενοι στρατείας καὶ τὰς ἐν Ῥώμῃ διατριβὰς καὶ διαίτας ἀπολέμους καὶ πανηγυρικὰς ποθοῦντες, οὐκ ἦσαν καθεκτοὶ σπεύδοντες ἐπὶ τὴν μάχην, ὡς εὐθὺς ἐξ ἐπιδρομῆς ἀναρπασόμενοι τοὺς ἐναντίους [1]).

7—13 Δοκεῖ δὲ μηδὲ αὐτὸς Ὄθων ἐξαναφέρειν ἔτι πρὸς τὴν ἀδηλότητα μηδὲ ὑπομένειν ἀηθείᾳ καὶ μαλακότητι τοὺς περὶ τῶν δεινῶν λογισμούς, ἐκπονούμενος δὲ ταῖς φροντίσι σπεύδειν ἐγκαλυψάμενος, ὥσπερ ἀπὸ κρημνοῦ, μεθεῖναι τὰ πράγματα πρὸς τὸ συντυχόν. Καὶ τοῦτο μὲν διηγεῖτο Σεκοῦνδος ὁ ῥήτωρ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν γενόμενος τοῦ Ὄθωνος· [2])

II 40 *Otho . . . rem in discrimen mitti iubebat, aeger mora et spei inpatiens.*

14—19 ἑτέρων δὲ ἦν ἀκούειν, ὅτι τοῖς στρατεύμασιν ἀμφοτέροις παρίσταντο ὁρμαὶ πολλαί, ὡς εἰς ταὐτὸ συνελθεῖν·

καὶ μάλιστα μὲν αὐτοὺς ὁμοφρονήσαντας ἐκ τῶν παρόντων ἡγεμονικῶν ἑλέσθαι τὸν ἄριστον,

εἰ δὲ μή, τὴν σύγκλητον ὁμοῦ καθίσαντας ἐφεῖναι τὴν αἵρεσιν ἐκείνῃ τοῦ αὐτοκράτορος.

II 37 *Invenio apud quosdam auctores, pavore belli seu fastidio utriusque principis . . . dubitasse exercitus, num posito certamine*

vel ipsi in medium consultarent,

vel senatui permitterent legere imperatorem.

19—23 Καὶ οὐκ ἀπεικός ἐστι μηδετέρου τότε τῶν προσαγορευο-

II 37 *Ego ut concesserim apud paucos tacito voto quietem pro*

---

1) Cfr. Suet. O. 9 *sive impar militum ardori pugnam deposcentium.*

2) Cfr. S. l. l. *sive inpatiens longioris sollicitudinis.*

μένων αὐτοκρατόρων εὐδοκιμοῦντος ἐπιπίπτειν τοιούτους διαλογισμοὺς [*τοῖς**] *γνησίοις καὶ διαπόνοις καὶ σωφρονοῦσι τῶν στρατιωτῶν,*

discordia, bonum et innocentem principem pro pessimis ac flagitiosissimis expetitum . . .

23—28 *ὡς ἔχθιστον εἴη καὶ δεινόν, ἃ πάλαι διὰ Σύλλαν καὶ Μάριον, εἶτα Καίσαρα καὶ Πομπήϊον φκτείροντο δρῶντες ἀλλήλους καὶ πάσχοντες οἱ πολῖται, ταῦτα νῦν ὑπομένειν ἢ Οὐϊτελλίῳ λαιμαργίας καὶ οἰνοφλυγίας ἢ τρυφῆς καὶ ἀκολασίας Ὄθωνι τὴν ἡγεμονίαν χορήγημα προθεμένους.*

II 37 *pavore belli seu fastidio utriusque principis, quorum flagitia ac dedecus apertiore in dies fama noscebantur.* II 38 *mox e plebe infima C. Marius et nobilium saevissimus L. Sulla victam armis libertatem in dominationem verterunt. Post quos Cn. Pompeius occultior, non melior, et nunquam postea nisi de principatu quaesitum. Non discessere ab armis in Pharsalia ac Philippis civium legiones, nedum Othonis ac Vitellii exercitus sponte posituri bellum fuerint.* Cfr. II 31 *Vitellius ventre et gula sibi inhonestus, Otho luxu saevitia audacia rei publicae exitiosior ducebatur.*

28—30 *Ταῦτ' οὖν ὑπονοοῦσι τούς τε περὶ τὸν Κέλσον αἰσθανομένους ἐμβαλεῖν διατριβήν, ἐλπίζοντας ἄνευ μάχης καὶ πόνων κριθήσεσθαι τὰ πράγματα,*

30—32 *καὶ τοὺς περὶ τὸν Ὄθωνα φοβουμένους ἐπιταχῦναι τὴν μάχην.*

II 37 *atque eo duces Othonianos spatium ac moras suasisse, praecipua spe Paulini . . .* II 37 extr. — 38 Tacitus hac de re disserit.

Ut versum 1 omittam[1]), v. 2—7, quibus nihil

[1]) Plutarchus cum alias ab aliis causas allatas esse dicit, Fabia p. 63 et 280 (sicut Nissen p. 521) hoc non recte »on donne plusieurs autres raisons« interpretatur: nempe *ἄλλαι* cum *ὑπ' ἄλλων*

apud Tacitum respondet [1]), de alio auctore decerptos esse e comparatione Suetonii perspicitur [2]).

V. 7—13 indidem fluxerunt atque ea, quae in alio narrationis complexu Tacitus permulto compressius dixit [3]). — Iulium Secundum iam in fonte communi auctorem laudatum esse patet ex loco Suetoniano [4]).

14—32. Haec Plutarchus nusquam nisi a Tacito petivit. Ἑτέρων δὲ ἦν ἀκούειν est *invenio apud quosdam auctores* [5]); etiam ceteroqui v. 14—19 tam

---

coniunctae non sunt aliae multae. Falso igitur ille has causas a Plutarcho rationibus Titiani et Proculi O. 8 allegatis opponi putat. Cfr. infra p. 106.

[1]) Huc non pertinere locos a Clasonio p. 57 prolatos haud ambigitur.

[2]) Cfr. p. 106.

[3]) Cum *aeger mora et spei inpatiens* (minus bene Constans-Girbal: »impatient de voir se réaliser ses espérances«) ego contulerim Ann. V 8 *spem ac metum iuxta gravatus*; XIV 59 *taedio ambiguae spei*; XVI 19 *nec tulit ultra timoris aut spei moras.* Lipsius ascribit Hom. Il. XXII 129 sq.

[4]) Minime hoc dubium est; cfr. Fabia p. 63 adn. 2 et p. 136 sq. Similis est ratio P. O. 3, ubi Cluvius Rufus profertur. — Lezius p. 124, quod etiam ad v. 2—7 refert testimonium Secundi, fallitur; nam de interioribus Othonis consiliis citabatur principi ab epistulis, non de animis militum. Rectius Groag p. 755. — Quod Suetonius cum Plutarcho congruit, cfr. p. 106.

[5]) Possintne haec comparari, in disceptatione versatur; negant plurimi, ut Mommsen p. 308 adn. 1, Fabia p. 65 adn. 1, Groag p. 756 adn. 2. Sed ὑπονοοῦσι v. 28, quod ad ἑτέρων referendum est, tempore praesenti satis indicat Plutarchum hic *quosdam auctores* Taciti significare. Adeoque similia sunt, ut cognata esse concedant etiam non nulli communis fontis patroni: Peter p. 33, Hardy ad hunc locum.

in singulis verbis [1]) quam in totius loci dispertitione (*καὶ μάλιστα μὲν . . . εἰ δὲ μή, vel . . . vel*) Historiis simillimi sunt. Deinde in v. 19—23 *καὶ οὐκ ἀπεικός ἐστι* ex *ego ut concesserim* fluxit[2]); *ἐπιπίπτειν τοιούτους διαλογισμούς* est *tacito voto*; *τοῖς γνησίοις καὶ διαπόνοις καὶ σωφρονοῦσι τῶν στρατιωτῶν* est *apud paucos*; quae quidem similitudo, de qua infra agam, maxime illustris est. In v. 23—28 quod iidem veteres imperatores nominantur qui in Historiis, habet admirationem[3]); Vitellii Othonisque comparatio a Tac. II 31 non abhorret. Tum in v. 28—30 *οἱ περὶ τὸν Κέλσον* sunt *duces Othoniani* [4]); *ταῦτ᾽ οὖν . . . αἰσθανομένους*, *at-*

---

[1]) Quae ipse velim conferas. — Ὁρμαὶ πολλαί cum *pavore belli seu fastidio utriusque principis* comparandum videtur; Plutarchus duas Taciti uno verbo comprehendit causas, et pavorem belli et fastidium principum. Cum *pavore belli* etiam v. 29 sq. *ἐλπίζοντας ἄνευ μάχης καὶ πόνων κριθήσεσθαι τὰ πράγματα* conferri possunt. Quae contra Groagium p. 756 dixi. — De *τὸν ἄριστον* cfr. adn. 4.

[2]) Cfr. *εἰκός ἐστι* O. 14 v. 12 in concedendo positum.

[3]) Bene Peter p. 34: »freilich in einem verschiedenen Zusammenhang, immerhin aber ist dies Zurückgehn auf dieselben Vorgänge in der Vergangenheit bei derselben Gelegenheit höchst auffallend«. *Καίσαρα*, quem Tacitus non nominat, e *Pharsalia* Plutarchus eruit.

[4]) Casu et fortuito Plutarchus v. 28 sq. *τοὺς περὶ τὸν Κέλσον* pro *ducibus Othonianis* posuit sicut O. 7 v. 13; contra O. 11 v. 9 *τοὺς περὶ τὸν Παυλῖνον* pro *Celso et Paulino* Tac. II 40. Paulinus a Plutarcho quamquam hic non nominatur, describitur tamen v. 16 sq. *ἐκ τῶν παρόντων ἡγεμονικῶν . . . τὸν ἄριστον.* Hoc Nissen p. 522 perspexit, cui irritus obloquitur Groag p. 756 adn. 4. Cfr. praeter Tac. II 37 *vetustissimus consularium et militia clarus* e. q. s. etiam II 32 *Suetonius Paulinus dignum fama sua ratus, qua nemo illa tempestate militaris rei callidior habebatur.* Iniuria Fabia p. 64 et 111 sq. a Tacito propter Celsi amicitiam nomen huius omissum

que eo; *ἐμβαλεῖν διατριβήν*, *spatium ac moras suasisse*[1]). Postremo v. 30—32 evidens est Plutarchum ipsum nullo negotio subiungere potuisse[2]).

Hoc in capite Plutarchum cum Tacito dissidere sententiamque approbare ab illo refutatam apparet quam non recte vulgo arbitrentur. Nam primum exercitus bellum detrectasse ideoque duces Othoni ut cunctaretur suasisse, et Tacitus et Plutarchus dicunt quosdam esse auctores; deinde reapse in utroque exercitu milites fuisse, qui otium praeferrent, et hic et ille concedunt[3]). Tantulum inter eos discrepat, quod Tacitus II 37 extr. sq. neque hunc pacis amorem latius serpsisse neque duces Othonianos ei confidere potuisse demonstrat, Plutarchus autem, ut qui minus acerbe de rebus humanis iudicet, id in medio relinquit[4]). Neque tamen quae Tacitus edisserit a Plutarcho prorsus neglecta esse ex eo intellegi par est, quod nomina quaedam inde in sua inseruit (v. 23 sqq.). Plutarchus igitur singulariter cum Tacito consentit, nedum dissentire videatur.

putat; qui si ab auctore communi accusatus esset, eum Tacitus defenderet, non Paulinum. Cfr. ad O. 13 v. 7—18.

1) De *ὑπονοοῦσι* cfr. p. 103 adn. 5; de *ἐλπίζοντας* — *πράγματα* p. 104 adn. 1.

2) Cfr. Hardy ad hunc locum.

3) Cfr. cum Tacito P. v. 19—23. *Τοὺς γνησίους καὶ διαπόνους καὶ σωφρονοῦντας τῶν στρατιωτῶν*, ut tunc res erant, *paucos* fuisse ex se intellegitur. Ne ea quidem, quibus respondeant *ego ut concesserim* et *tacito voto*, desunt apud Plutarchum: cfr. p. 104.

4) E tribus illis *αἰτίαις*, quas v. 2 sqq., v. 7 sqq., v. 14 sqq. enumerat, quae reliquis anteferenda sit, Plutarchus non diiudicat. Sic infirmatur argumentum Groagii p. 737.

Iam quae in contrarium disputantur breviter attingam. Fabia quidem p. 64 sq. et 217 Mommsenium p. 308 sequitur: quod dixisset auctor communis a Plutarcho asscisci, redargui a Tacito; *invenio apud quosdam auctores* non esse impedimento, quo minus unum modo fontem a Tacito adhibitum intellegas. Quem quidem errorem funditus eiciendum docet Boissier in commentariis qui Revue des deux mondes inscribuntur, a. 1901, tom. IV p. 251. Porro quod Fabia p. 65 adn. 1 et p. 280 Plutarchum haec aptiore loco exponere censet quam Tacitum, nullum id esse argumentum monui in Praefatione [1]). Verum cur Otho decertare constituisset, communis ille auctor sicut Plutarchus Suetoniusque duas videtur attulisse causas, militum dimicandi aviditatem et mollitiam ipsius imperatoris. Hae quod a Tacito silentio praetereuntur, ex eo suspicari licet, quam fuerit hic auctoris communis dissimilis. Iam vero de pacis desiderio cum Tacitus quaedam disputat, apud Suetonium nulla sunt. Ergo Plutarchus ad causas illas a communi auctore propositas hanc ex Historiis videtur adiecisse.

Groag autem p. 755 sqq. sententiam Plutarchi haud impugnari a Tacito recte intellegit [2]). Qui quod complures auctores a Tacito inspectos putat unumque ex iis a Plutarcho, multo probabilior illa quidem ratio est quam Mommsenii Fabiaeque, sed ne ea quidem admissa explicatur, quo modo mirabilis ille vel in singulis verbis consensus exstiterit. Etenim si Groagium audimus, illud quoque dandum est, digres-

[1]) Cfr. etiam supra p. 102 adn. 1.

[2]) Plutarchum Tacito repugnare existimant etiam Gerstenecker p. 51 sq. et Lezius p. 126; plus vidit Krauss p. 3 sq. et 12.

sionem similem ei, quae apud Tacitum invenitur, iam in fonte communi fuisse [1]).

P. O. c. 10.

1—6 *Αὐτὸς δὲ πάλιν εἰς Βρίξιλλον ἀνεχώρησε, καὶ τοῦτο προσεξαμαρτών, οὐχ ὅτι μόνον τὴν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ παρόντος αἰδῶ καὶ φιλοτιμίαν ἀφεῖλε τῶν ἀγωνιζομένων, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐρρωμενεστάτους καὶ προθυμοτάτους δι' αὐτὸν ἱππεῖς καὶ πεζοὺς ἀπαγαγὼν φυλακὴν τοῦ σώματος ὥσπερεὶ στόμωμα* [2]) *τῆς δυνάμεως ἀπέκοψε.*

II 33 *idem illi deterioris consilii auctores perpulere, ut Brixellum concederet . . . Is primus dies Othonianas partes adflixit; namque et cum ipso praetoriarum cohortium et speculatorum equitumque valida manus discessit, et remanentium fractus animus, quando suspecti duces et Otho, cui uni apud militem fides, dum et ipse non nisi militibus credit, imperia ducum in incerto reliquerat.*

7—9 *Συνέβη δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις καὶ περὶ τὸν Ἠριδανὸν ἀγῶνα γενέσθαι, τοῦ μὲν Κεκίνα ζευγνύντος τὴν διάβασιν, τῶν δὲ Ὄθωνος εἰργόντων καὶ προσμαχομένων.*

II 34 *Caecina ac Valens . . . inchoato ponte transitum Padi simulantes adversus oppositam gladiatorum manum.* (Pons describitur.) *Othoniani in ripa turrim struxerant saxaque et faces iaculabantur.*

10—16 *Ὡς δὲ οὐδὲν ἐπέραινον, ἐνθεμένων εἰς τὰ πλοῖα δᾳδα θείου καὶ πίττης ἀνάπλεων διὰ τοῦ πόρου πνεῦμα προσπεσὸν ἄφνω τὴν παρεσκευασμένην ὕλην ἐπὶ τοὺς πολε-*

[1]) Cfr. Groag p. 757. — Quod Tacitus II 38 quosdam Sallustii locos imitatus est, nihil inde de Plutarchi et Taciti ratione disci potest. Nam Lezio p. 127 adn. 1, Cornelio p. 4 sq., Klebsio p. 308 hoc in nostrum usum convertere conatis respondet Fabia p. 113 adn. 1 (cfr. Groag p. 737 adn. 3), quae a Sallustio Tacitus transtulisset, ea ipsa apud Plutarchum non reperiri. Neque tamen hoc communis fontis est indicium, quoniam alia quoque multa Plutarchus hinc detraxit. — Cfr. Praefatio.

[2]) *στόμωμα* Sintenis pro *τι σῶμα.*

μίους ἐξερρίπιζε. Καπνοῦ δὲ πρῶτον, εἶτα λαμπρᾶς φλογὸς ἐκπεσούσης, ταραττόμενοι καὶ ἀποπηδῶντες εἰς τὸν ποταμὸν τάς τε ναῦς ἀνέτρεπον καὶ τὰ σώματα τοῖς πολεμίοις μετὰ γέλωτος παρεῖχον.

16—18 *Οἱ δὲ Γερμανοὶ τοῖς Ὄθωνος μονομάχοις περὶ νησῖδα τοῦ ποταμοῦ προσμίξαντες ἐκράτησαν καὶ διέφθειραν αὐτῶν οὐκ ὀλίγους.*

II 35 *Et erat insula amne medio, in quam gladiatores navibus molientes, Germani nando perlabebantur. Ac forte plures transgressos completis Liburnicis per promptissimos gladiatorum Macer adgreditur: sed neque ea constantia gladiatoribus ad proelia quae militibus, nec perinde nutantes e navibus quam stabili gradu e ripa vulnera derigebant. Et cum variis trepidantium inclinationibus mixti remiges propugnatoresque turbarentur, desilire in vada ultro Germani, retentare puppes, scandere foros aut comminus mergere:* e. q. s.

1—6. Plutarchus in hoc admodum similis est Tacito. Hic enim, ut explicet, cur Othonis partibus discessus ipsius nocuerit, duas adfert causas: quarum altera, quod firmissimum robur copiarum Otho secum abduxerit, totidem propemodum verbis a Plutarcho expressa est [1]). Verum etiam altera exstat apud Plutarchum [2]). Hanc autem quod a Graeco scriptore non

[1]) *Τοὺς ἐρρωμενεστάτους* est *valida manus*; *ἱππεῖς καὶ πεζούς*, *praetoriarum cohortium et speculatorum equitumque.* Extrema verba *ὥσπερεὶ στόμωμα τῆς δυνάμεως ἀπέκοψε* cum *is primus dies Othonianas partes adflixit* conferantur.

[2]) Cfr. *τὴν αἰδῶ καὶ φιλοτιμίαν ἀφεῖλε τῶν ἀγωνιζομένων* cum *remanentium fractus animus.*

prorsus item ut a Romano expositam esse apparet, ideo qui diversos fontes crepant[1]) parum illi libertatis addicunt. Iam *καὶ τοῦτο προσεξαμαρτών* v. 1 sq. cum *idem illi deterioris consilii auctores perpulere, ut* comparandum est[2]). At enim *πάλιν* v. 1 communis fontis est vestigium. Atqui si O. 5 v. 16 sq. *αὐτὸς μὲν οὖν ἐν Βριξίλλῳ . . . ἀπελείφθη* de communi auctore manasse concedas necesse est, non continuo Plutarchus hic quoque alium fontem atque Historias inspexit; rursus enim Othonem Brixellum se contulisse Plutarchus, ut qui ibi eum ante fuisse O. 5 aliunde cognovisset, hoc loco ad ea, quae Tacito debet, de suo addere potuit[3]). Quam ob rem ad Taciti auctoritatem acclinasse se Plutarchum existimo.

7—18. Egregie haec enarrat Gerstenecker p. 28 sqq.[4]), Mommsenio p. 309 oblocutus. Tria sunt discernenda: unum, quod Caecina dum pontem ponit a gladiatoribus Othonianis contraria in ripa collocatis impugnatur (v. 7—9); alterum, naves incendiarias a gladiatoribus frustra apparari (v. 10—16); tertium, quod Germani cum gladiatoribus prope insulam quandam in ipso flumine confligunt (v. 16—18). Quae Plutarchus v. 7—9 et v. 16—18 refert, eadem tractat Tacitus et multo is quidem diligentius; quae autem

---

1) Cfr. Groag p. 754 sq.

2) Ita fit ut, cum Tacitus Titianum Proculumque Othoni discessus auctores fuisse prodit, hoc quoque Plutarchus legisse videatur. Groag a Tacito uno hoc relatum esse commemorat.

3) Tacitum *concedendi* verbum de redeundo usurpare Gerstenecker p. 65 testibus Gerbero et Greefio adnotat; inconsiderate Fabia p. 65: »pour lui (Tacite) . . . c'est un simple départ et non un retour«; item Groag p. 751 adn. 2. Hoc tamen subtilius est quam ut a Plutarcho introspectum arbitrere.

4) Cfr. etiam Lezius p. 131 adn. 1.

versibus 10—16 respondeant hic non habet. Itaque alterum Plutarcho praesto fuisse auctorem fatendum est, unde saltem v. 10—16 hausit. Reliqua utrum e Tacito an e fonte communi fluxerint, asseverare non ausim. Potuit certe fieri ut e duobus haec confunderet auctoribus Plutarchus; et non totum desertum esse Tacitum a Plutarcho id suspicionem movet, quod quos v. 16 ut Tacitus II 35 Germanos appellat, eosdem O. 12 v. 30 ut Tacitus II 43 Batavos[1]).

P. O. c. 11.

1—3 *Γενομένων δὲ τούτων καὶ τῶν ἐν Βητριακῷ στρατιωτῶν τοῦ Ὄθωνος ἐκφερομένων μετ᾽ ὀργῆς ἐπὶ τὴν μάχην*	II 39 *miles alacer.*
3—4 *προήγαγεν αὐτοὺς ὁ Πρόκλος ἐκ τοῦ Βητριακοῦ, καὶ κατεστρατοπέδευσεν ἀπὸ πεντήκοντα σταδίων*	II 39 *Promoveri ad quartum a Bedriaco castra placuit,*
5—7 *οὕτως ἀπείρως καὶ καταγελάστως, ὥστε, τῆς μὲν ὥρας ἐαρινῆς οὔσης, τῶν δὲ κύκλῳ πεδίων πολλὰ νάματα καὶ ποταμοὺς ἀεννάους ἐχόντων, ὕδατος σπάνει πιέζεσθαι.*	*adeo imperite, ut quamquam verno tempore anni et tot circum amnibus penuria aquae fatigarentur.*
8—9 *Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ βουλόμενον προάγειν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ὁδὸν οὐκ ἐλάττονα σταδίων ἑκατὸν*	II 40 *Non ut ad pugnam sed ad bellandum profecti confluentes Padi et Aduae fluminum, sedecim inde milium spatio distantes, petebant.*

[1]) Cfr. Gerstenecker p. 53 sq. — Falso igitur Krauss p. 13 *ἀποπηδῶντες εἰς τὸν ποταμὸν τάς τε ναῦς ἀνέτρεπον* v. 14 sq. cum *desilire in vada . . . retentare puppes* II 35 comparavit, si quidem de gladiatoribus dicuntur illa, haec de Germanis. — Plerique editores (cfr. Gerstenecker adn. 59) et Clason p. 59 taedam (*τὴν δᾷδα*) in naves impositam non distinguunt a *facibus*, quas gladiatores iaculatos esse narrat Tacitus.

9—14 οἱ περὶ τὸν Παυλῖνον οὐκ εἴων, ἀλλ' ᾤοντο δεῖν περιμένειν καὶ μὴ προπονεῖν ἑαυτούς, μηδὲ εὐθὺς ἐκ πορείας μάχην τίθεσθαι πρὸς ἄνδρας ὡπλισμένους καὶ παρατεταγμένους καθ' ἡσυχίαν, ἐν ὅσῳ χρόνῳ προΐασιν αὐτοὶ τοσαύτην ὁδὸν ἀναμεμιγμένων ὑποζυγίων καὶ ἀκολούθων.

Celso et Paulino abnuentibus militem itinere fessum, sarcinis gravem obicere hosti, non omissuro, quo minus expeditus et vix quattuor milia passuum progressus aut incompositos in agmine aut dispersos et vallum molientes adgrederetur, (cfr. II 41 *mixta vehicula et lixae*)

14—18 Οὔσης δὲ περὶ τούτων ἀντιλογίας ἐν τοῖς στρατηγοῖς ἦλθε παρ' Ὄθωνος ἱππεὺς τῶν καλουμένων Νομάδων γράμματα κομίζων κελεύοντα μὴ μένειν μηδὲ διατρίβειν, ἀλλ' ἄγειν εὐθὺς ἐπὶ τοὺς πολεμίους.

Titianus et Proculus, ubi consiliis vincerentur, ad ius imperii transibant. Aderat sane citus equo Numida cum atrocibus mandatis, quibus Otho increpita ducum segnitia rem in discrimen mitti iubebat, aeger mora et spei inpatiens.

18—19 Ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἄραντες ἐχώρουν,

19—24 ὁ δὲ Κεκίνας πυθόμενος τὴν ἔφοδον αὐτῶν ἐθορυβήθη, καὶ κατὰ σπουδὴν ἀπολιπὼν τὰ ἔργα καὶ τὸν ποταμὸν ἧκεν εἰς τὸ στρατόπεδον. Ὡπλισμένων δὲ ἤδη τῶν πολλῶν, καὶ τὸ σύνθημα παραλαμβανόντων παρὰ τοῦ Οὐάλεντος, ἐν ὅσῳ τὴν τάξιν διελάγχανε τὰ τάγματα, τοὺς ἀρίστους τῶν ἱππέων προεξέπεμψαν.

II 41 *Eodem die ad Caecinam operi pontis intentum . . ., cum praecipites exploratores adesse hostem nuntiavere . . . Caecina . . . revectus in castra datum iussu Fabii Valentis pugnae signum et militem in armis invenit. Dum legiones de ordine agminis sortiuntur, equites prorupere.*

1—3. His quae de militum animis refert Tacitus quia non repugnant et in eiusdem plane sermonis contextu deprehenduntur, illius verba Plutarchus videtur dilatavisse [1]).

[1]) Forsitan Plutarchus etiam praetorianorum ardorem pugnam deposcentium, de quo loquitur O. 9 v. 2 sqq., in animo habuerit.

3—18. Nihil non a Tacito convertit Plutarchus. Hoc certe de v. 5—7, qui locus ut qui maxime similis est [1]), liquido confirmare possumus. Sed etiam cetera omnia (3—4, 8—18) adeo pariter excurrunt adeoque aequalibus ut ita dicam intervallis distant a narratione Taciti, vix ut aliunde sumpta possint videri. In primis v. 9—14 et 14—18 patet cum Historiis mire concinere. Adde quod Tacitus, cum II 39 sq. duo consilia binasque Othonis litteras commemorat, id tam ambigue facit, ut primo dubites, an duo illa non sint secernenda [2]). Quod Plutarchum, qui quidem semel consiliorum litterarumque mentionem facit, testimonio est Historiis inniti haud satis perspectis [3]).

Hic mihi adferunt numeros [4]), de quibus Tacito cum Plutarcho v. 3—4 et v. 8—9 parum convenit. Verum hoc minus valet, quoniam facile et Plutarchi ipsius et librariorum irrepere potuerunt errores neque omnino de Taciti sententia habemus quod liqueat. Unum hac in re illud momenti aliquid habet, quod

[1]) Cfr. Boissier, Journal des Savants, a. 1895, p. 410; Iustus Lipsius ad *adeo imperite*: »Totum hunc locum verbatim Plutarchus expressit, ut pleraque alia».

[2]) Cfr. Lezius p. 139 sq.

[3]) Cfr. Fabia p. 68: »Plutarque . . . a mal résumé sa source». Etiam *ἀλλ' ᾤοντο δεῖν περιμένειν* v. 10 nugae sunt: vid. Gerstenecker p. 34, Fabia l. l.: »Plutarque a tort également, quand il dit que Paulinus voulait attendre dans le camp: les inconvénients de ce camp étaient trop sensibles pour qu'un homme du métier proposât d'y rester».

[4]) Cfr. Fabia p. 68 et 69 adn. 1. — Tacitus habet quattuor milia, Plutarchus *πεντήκοντα στάδια,* quod facit amplius sex milia; deinde Tacitus sedecim milia, Plutarchus *ἑκατὸν στάδια,* quae sunt ad tredecim milia. Cfr. Plut. C. Gracch. 7 *τὸ δὲ μίλιον ὀκτὼ σταδίων ὀλίγον ἀποδεῖ.*

plane iisdem locis apud utrumque numeri quidam reperiuntur; quoquo autem modo Tacitus enarratur [1]),

[1]) In hunc locum expediendum plurimum operae collatum est: cfr. Fabia p. 68 adn. 1; qui quos enumerat, iis adiciendi sunt Hardy ad v. 9, Groag p. 757 sq., Valmaggi, Del luogo della cosi detta prima battaglia di Bedriaco (Atti della R. Acc. d. sc. di Torino, XXXI p. 920 sqq.: profertur ab ipso Fabia in Onomastico Taciteo, Lugduni a. 1900, in vocabulo *Adua*). Ac mihi quidem *confluentes Padi et Aduae fluminum* II 40, quod corrigere voluerunt Nipperdey (apud Heraeum), Hardy, Valmaggi, videtur mendo carere; nam et ad illud quadrant *non ut ad pugnam sed ad bellandum profecti,* neque id egisse Titianum Proculumque, ut recta regione in hostes impetum facerent, ex iis, quae Paulinus contra dicit, colligi potest: *hosti non omissuro, quo minus* ipsos *adgrederetur.* Quid, quod Paulinus fore providet, ut hostis *vix quattuor milia passuum progrederetur*? Videlicet Othoniani Cremonam quattuor milium spatio circuituri erant; cfr. Constans-Girbal ad *progressus*, quos tamen et hic et in adn. 13 ad II 44 praeterit Placentia iam discessisse Spurinnam (II 36); Mommsen, Hermes V p. 167; Krauss p. 47; Gerstenecker p. 32 et adn. 66. Nam Fabia quod p. 69 adn. 1 Heraeum secutus scribit cum assensu Groagii: »Paulinus et Celsus ne peuvent pas savoir cela avant la bataille . . . Mais Tacite le sait: il a trouvé dans sa source que la bataille eut lieu à 4 milles de Crémone», nimium vitii Tacito attribuit. Quod autem ratio itineris Othonianorum difficilis est ad intellegendum, a Proculo et Titiano, hominibus imperitissimis, saniora consilia non fuerunt exspectanda. Cfr. Gerstenecker p. 33. Quae Tacitus de loco petito dicit, iis quidem non repugnat Plutarchus, sed quodam modo simpliciora reddidit et ex itinere obliquo impetum effecit in Vitellianos datum; vid. Lezius p. 141. Iam *sedecim inde milium spatio distantes* II 40 probabiliter defendit Krauss p. 46 sqq.: *inde* non ad *quartum a Bedriaco*, sed ad eum locum referri oportere, ubi iter facientes (de imperfecto *petebant* notetur Gerstenecker adn. 63) iterum de proelio consultaverint. *Distantes* nominativum esse, *inde* significare »a confluentibus» quo minus audaciori interpreti, Gersteneckero p. 30 sqq., assentiar, per *distandi* verbum stat, quod magis proprie dicitur de eo, quod non movetur, quam de euntibus. Lezius p. 137 sqq. illos non con-

potuit esse fons Plutarchi [1]. Ipse Plutarchus spatia vix est recordatus.

18—19. Haec sunt traducendae orationis.

19—24. Haec quoque persimilia sunt, neque, quin Tacitum Plutarchus expressisse videatur, quicquam impedit [2].

P. O. c. 12.

1—10 *Ἐμπίπτει δὲ τοῖς προτεταγμένοις τῶν Ὄθωνος ἐκ δή τινος αἰτίας δόξα καὶ λόγος, ὡς μεταβαλουμένων τῶν Οὐϊτελλίου στρατηγῶν πρὸς αὐτούς. Ὡς οὖν ἐγγὺς ἦσαν, ἠσπάσαντο φιλίως συστρατιώτας προσαγορεύσαντες. Ἐκείνων δὲ τὴν προσαγόρευσιν οὐκ εὐμενῶς, ἀλλὰ μετὰ θυμοῦ καὶ φωνῆς πολεμικῆς ἀμειψαμένων, τοῖς*

II 42 *Attonitas subito terrore mentes falsum gaudium in languorem vertit, repertis qui descivisse a Vitellio exercitum ementirentur. Is rumor ab exploratoribus Vitellii dispersus, an in ipsa Othonis parte seu dolo seu forte surrexerit, parum compertum. Omisso pugnae ardore Othoniani ultro salutavere; et hostili mur-*

---

vicit. — Groag p. 757 sq. errasse Tacitum et Othonianos Cremonam, non confluentes, petisse assumit. Qui quod II 40 init. sic enarrat: »gegen den Feind vor, der das Gebiet bis zur Mündung der Adda besetzt hielt«, hanc interpretationem vix patiuntur verba Taciti.

[1]) De τῇ ὑστεραίᾳ v. 8 cfr. Fabia p. 67: »Tacite ne dit pas que ce fut le lendemain, mais il va de soi que ce n'était pas le jour même, puisque le camp fut établi et qu'on eut le temps d'en apprécier les inconvénients». — Proculum ut v. 3 nominaret, Plutarchus iis, quae Tacitus de illo dixerat II 39, adductus est.

[2]) *Κατὰ σπουδήν*, ut magis obvias similitudines omittam, cum *praecipites* cohaeret, *τὰ ἔργα καὶ τὸν ποταμόν* cum *operi pontis*. In *ἐθορυβήθη* et *τοὺς ἀρίστους* Plutarchea illa cernitur loquacitas; cfr. Fabia p. 69. Plutarchum *pugnae signum* non recte ***σύνθημα*** interpretari putant Woelfflin Comp. p. 42 sq., Fabia p. 70 adn. 1. Et *signum dare*, quamvis multis locis de tessera (id est ***τὸ σύνθημα***, »die Parole«) dicatur (cfr. Nipperdey ad Ann. XIII 2), attamen hic propter *iussu Fabii Valentis* de vexillo proposito et de classico canente accipiendum est.

μὲν ἀσπασαμένοις ἀθυμία, τοῖς δὲ λοιποῖς ὑπόνοια κατὰ τῶν ἀσπασαμένων ὡς προδιδόντων παρέστη. Καὶ τοῦτο πρῶτον αὐτοὺς ἐτάραξεν ἤδη τῶν πολεμίων ἐν χερσὶν ὄντων[1]).

mure excepti, plerisque suorum ignaris quae causa salutandi, metum proditionis fecere. Tum incubuit hostium acies.

10—15 Εἶτα τῶν ἄλλων οὐδὲν ἦν κόσμῳ γινόμενον, ἀλλὰ πολλὴν μὲν ἀταξίαν τὰ σκευοφόρα τοῖς μαχομένοις ἐμπλαζόμενα παρεῖχε, πολλοὺς δὲ τὰ χωρία διασπασμοὺς ἐποίει τάφρων ὄντα μεστὰ καὶ ὀρυγμάτων, ἃ φοβούμενοι καὶ περιϊόντες ἠναγκάζοντο φύρδην καὶ κατὰ μέρη πολλὰ συμπλέκεσθαι τοῖς ἐναντίοις.

II 41 *Apud Othonianos pavidi duces, miles ducibus infensus, mixta vehicula et lixae, et praeruptis utrimque fossis via quieto quoque agmini angusta. Circumsistere alii signa sua, quaerere alii; incertus undique clamor adcurrentium, vocitantium: ut cuique audacia vel formido, in primam postremamve aciem prorumpebant aut relabebantur.* II 42 . . . *Et per locos arboribus ac vineis inpeditos non una pugnae facies: comminus eminus, catervis et cuneis concurrebant* e. q. s.

15—28 Μόναι δὲ δύο λεγεῶνες (οὕτω γὰρ τὰ τάγματα Ῥωμαῖοι καλοῦσιν), ἐπίκλησιν ἡ μὲν Οὐϊτελλίου Ἅρπαξ, ἡ δὲ Ὄθωνος Βοηθός, εἰς πεδίον ἐξελίξασαι ψιλὸν καὶ ἀναπεπταμένον νόμιμόν τινα μάχην συμπεσοῦσαι φαλαγγηδὸν ἐμάχοντο πολὺν χρόνον. Οἱ μὲν οὖν Ὄθωνος ἄνδρες ἦσαν εὔρωστοι καὶ ἀγαθοί, πολέμου δὲ καὶ μάχης τότε πρῶτον πεῖραν λαμβάνοντες, οἱ δὲ Οὐϊτελλίου πολλῶν ἀγώνων ἐθάδες, ἤδη δὲ γηραιοὶ καὶ παρακμάζοντες.

II 43 *Forte inter Padum viamque patenti campo duae legiones congressae sunt, pro Vitellio unaetvicensima, cui cognomen Rapaci, vetere gloria insignis, e parte Othonis prima Adiutrix, non ante in aciem deducta, sed ferox et novi decoris avida.*

---

[1]) Cfr. Suet. O. 9 *apud Betriacum fraude superatus est, cum spe conloquii facta, quasi ad condicionem pacis militibus eductis, ex inproviso atque in ipsa consalutatione dimicandum fuisset.*

Ὁρμήσαντες οὖν ἐπ' αὐτοὺς οἱ Ὄθωνος ἐώσαντο καὶ τὸν ἀετὸν ἀφείλοντο, πάντας ὁμοῦ τι τοὺς προμάχους ἀποκτείναντες· οἱ δὲ ὑπὸ αἰσχύνης καὶ ὀργῆς ἐμπεσόντες αὐτοῖς τόν τε πρεσβευτὴν τοῦ τάγματος Ὀρφίδιον ἔκτειναν καὶ πολλὰ τῶν σημείων ἥρπασαν.

Primani stratis unaetvicensimanorum principiis aquilam abstulere; quo dolore accensa legio et inpulit rursus primanos, interfecto Orfidio Benigno legato, et plurima signa vexillaque ex hostibus rapuit.

28—36 *Τοῖς δὲ μονομάχοις ἐμπειρίαν τε καὶ θάρσος ἔχειν πρὸς τὰς συμπλοκὰς δοκοῦσιν ἐπήγαγεν Οὔαρος Ἀλφῆνος τοὺς καλουμένους Βατάβους. Εἰσὶ δὲ Γερμανῶν ἱππεῖς ἄριστοι, νῆσον οἰκοῦντες ὑπὸ τοῦ Ῥήνου περιρρεομένην. Τούτοις ὀλίγοι μὲν τῶν μονομάχων ὑπέστησαν, οἱ δὲ πλεῖστοι φεύγοντες ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐμπίπτουσιν εἰς σπείρας τῶν πολεμίων αὐτόθι τεταγμένας, ὑφ' ὧν ἀμυνόμενοι πάντες ὁμαλῶς διεφθάρησαν.*

II 43 *Accessit recens auxilium, Varus Alfenus cum Batavis, fusa gladiatorum manu, quam navibus transvectam oppositae cohortes in ipso flumine trucidaverant: ita victores latus hostium invecti.*

36—39 *Αἴσχιστα δὲ ἠγωνίσαντο πάντων οἱ στρατηγικοί, μηδὲ ὅσον ἐν χερσὶ γενέσθαι τοὺς ἐναντίους ὑπομείναντες, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀηττήτους ἔτι φόβου καὶ ταραχῆς ἀνεπίμπλασαν φεύγοντες δι' αὐτῶν.*

39—42 *Οὐ μὴν ἀλλὰ πολλοί γε τῶν Ὄθωνος νενικηκότες τοὺς καθ' αὐτοὺς ἐβιάσαντο καὶ διεξέπεσον διὰ τῶν πολεμίων κρατούντων εἰς τὸ στρατόπεδον.*

1—10. Minime dissona haec sunt ab Historiis; atqui Suetonius dissimilis est. Tacitus quidem, unde rumor ille ortus esset, plures conicit causas, quas Plutarchus verbis *ἐκ δή τινος αἰτίας* complectitur. Quae-

dam autem Plutarchus paulo uberius videtur dixisse [1]).

10—15. His Plutarchus, quae duobus locis Tacitus de confusione Othonianorum tradit, breviter comprehendit. *Τάφρων ὄντα μεστὰ καὶ ὀρυγμάτων* cohaerent cum *praeruptis utrimque fossis*, quae sunt in eodem loquendi complexu; quae cum redderet Plutarchus, non tam verba Taciti quam locorum naturam, cuius ipse haud ignarus erat [2]), nescio an intuitus sit.

15—28. Haec vero quam proxime ad similitudinem Taciti accedere quis non videt? Pariter uterque hoc quasi singulare certamen effert [3]); hic demum utrobique cognomina legionum commemorantur, quarum tamen in Historiis ante facta mentio est [4]). Omnes autem similitudines enumerare supervacaneum est in promptu positas [5]); unum hoc notetur, Plutarchi *ἤδη δὲ γηραιοὶ καὶ παρακμάζοντες* fluxisse ex verbis Taciti *vetere gloria insignis*. Nam Graeca illa et per se a fide abhorrent [6]) et repugnant Tacito, qui I 61

---

[1]) *Τοῖς προτεταγμένοις*, cui verbo instant Fabia p. 70, Valmaggi, Constans-Girbal, e *plerisque ignaris quae causa salutandi* ductum est; et *primam aciem* (cfr. II 41 extr.), non postremam, salutavisse perfacile apparebat. De *τοῖς μὲν — τοῖς δέ* v. 7 dixi in Praefatione; cfr. Lezius p. 145 sq.

[2]) Vid. P. O. 14. — Cfr. Hardy ad hunc locum: »As at the present day the level country about the Po region was divided up by dykes and ditches«. Fabia p. 71 ex II 25 (ad Castorum) *compleri fossas* fontem communem utrique praesto fuisse contortius concludit.

[3]) Cfr. Lezius p. 147, Hardy p. 256.

[4]) Velut I 61, II 24. Cfr. Gerstenecker p. 54.

[5]) Cfr. Fabia p. 71.

[6]) Cfr. Hardy: »The legions, however, were constantly being recruited with young blood, and could never be said to be past

legionem unetvicensimam *robur* exercitus Caecinae vocat; ut appareat haec ipsa *vetere gloria insignis*, quae ad legionis antiquitatem, non ad senium legionariorum, referenda erant, a Plutarcho perperam reddita esse [1]). Quae idem contraria posuit illis *εὔρωστοι καὶ ἀγαθοί*, quae ex *ferox et novi decoris avida* extorserat. Neque quae praeterea addidit Plutarchus aliud sunt quam ornamenta elocutionis [2]).

28—36. Pugna, quam Tacitus II 43 describit alia esse videtur atque ea, de qua et ipse dixit II 35 et Plutarchus O. 10 [3]). Quae prodit Tacitus, eorum sensus recte explanatur a Mommsenio [4]): gladiatores Othonianos, cum e navibus in sinistram Padi ripam exirent, a cohortibus in ripa stantibus prohibitos esse [5]).

---

their prime». Neque *veteranorum* appellatio cum multis locis tum H. I 68 nisi laudem habet; cfr. Orellius.

[1]) Totum igitur *πολλῶν ἀγώνων ἐθάδες, ἤδη δὲ γηραιοὶ καὶ παρακμάζοντες* e *vetere gloria insignis* natum esse tenendum est contra Groagium p. 759. — Tacitum a Plutarcho exscriptum hoc quoque indicio est, quod cum ille falso legionem primam *non ante in aciem deductam* dicit (nam II 24 proelio ad Castorum interfuit), apud hunc idem recurrit error: *πολέμου δὲ καὶ μάχης τότε πρῶτον πεῖραν λαμβάνοντες.*

[2]) Ut *πολὺν χρόνον*, quod a Fabia p. 71 sq. magni momenti habetur (cfr. O. 17 v. 3 *πολὺν χρόνον*).

[3]) Cfr. Fabia p. 72 adn. 2. In eorum tamen sententiam, qui de eadem pugna agi censent, nuper iverunt Woelfflin Comp. p. 41 sq. et Constans-Girbal. Hoc vel maxime e nostra re esset; cfr. Lange p. 24.

[4]) P. 306. Dissenserunt sine idonea causa Gerstenecker p. 35 sqq. et Lezius p. 148 sqq.

[5]) Verbo *transvectam* Gerstenecker inductus est, ut gladiatores in terram egressos, cum longius prodirent, a Batavis ad ripam putaret esse repulsos. At illa voce gladiatores ad ripam tantum

Apud Plutarchum autem gladiatores subito in campo Bedriacensi occurrentes a Batavis usque ad ripam Padi fugantur ibique in alios incidunt hostes, a quibus omnes interimuntur. Sequitur ipsius verba Taciti prave intellecta esse a Plutarcho. *Transvectam* enim, quo modo recentiorum quidam [1]), sic Plutarchus non recte interpretatus est; idem ex *fusa gladiatorum manu*, quod iis, quae apud Tacitum sequuntur, per epexegesin explicatur, perperam priorem quandam campestrem pugnam effecit; porro *oppositas cohortes*, quibuscum *σπείρας τῶν πολεμίων αὐτόθι τεταγμένας* ad verbum congruunt, cum Tacitus eosdem Vari Alfeni Batavos significaret, in novos hostes effinxit Plutarchus [2]). Iam quos Tacitus II 35 et Plutarchus O. 10 Germanos appellant, hoc loco Batavi ab utroque nominantur. Extrema verba Plutarchi (*ἐπὶ — διεφθάρησαν*) quamvis Taciteis similia sint, augendo tamen ille fidem superiecit; nam qui in vita Othonis ad unum omnes caeduntur, reviviscunt apud Tacitum II 51 [3]). Quod autem apud Plutarchum desi-

---

appulisse indicantur necdum escendisse. Etenim *in ipso flumine* ab explicatione Gersteneckeri seiunctum est. Perbene Mommsen: »bei der Landung«, neque secus Fabia p. 72. — De pugnae genere cfr. II 35 *nec perinde nutantes e navibus quam stabili gradu e ripa vulnera derigebant.*

[1]) Cfr. p. 118 adn. 5.

[2]) Cfr. Lezius p. 149 sq.; Fabia p. 72: »Plutarque . . . n'a pas compris sa source. C'est Tacite qu'il faut lire pour avoir une idée vraie et nette du fait«.

[3]) *Concedentibus ad victorem per Flavium Sabinum iis copiis, quibus praefuerat*, id est gladiatoribus: cfr. II 11, 23, 35 sq. Woelfflin Comp. p. 42 Batavos et gladiatores inter se confundit; cfr. Andresen p. 437. Ex errato Woelfflini intellegas falli Fabiam p. 110: »Un lecteur intelligent de la phrase . . . ne peut s'y tromper« e. q. s.

derantur *accessit recens auxilium* et *ita victores latus hostium invecti*, sane consentaneum id est huius ingenio scriptoris, qui continuationem seriemque rerum parum attendere consuevit [1]. Qui quae pluribus verbis disseruit, quia levissima sunt, inde non efficitur auctorem communem esse inspectum [2].

36—39 et 39—42. Haec e fonte communi hausta esse fidem facit Fabia p. 73 sq. [3]. Neque hoc absurdum est, quoniam in iis quae brevi post sequuntur (O. 13 v. 7 sqq.) communem auctorem Plutarchus procul dubio adhibuit.

---

[1]) Cfr. Gerstenecker adn. 78 init. Falso haec premit Groag p. 759.

[2]) *Ἐμπειρίαν — δοκοῦσιν, εἰσὶ δὲ — περιρρεομένην* (num equites fuerunt hi Batavi? vid. Nissen p. 505, Gerstenecker adn. 78, Hardy p. 259, Fabia p. 226 adn. 1, Woelfflin l. l.), *τούτους — πλεῖστοι* (de *μὲν* . . . *οἱ δέ* cfr. Praefatio).

[3]) De v. 36—39: »Plutarque est certainement dans l'erreur. Et la cause de son erreur est dans une phrase de la source, analogue à celle-ci de Tacite (44): *Et media acie perrupta fugere passim Othoniani.* Tacite et la source voulaient dire que la défaite du centre fut le signal de la débandade générale pour les Othoniens. Plutarque a compris que le centre des Othoniens prit la fuite en désordre. Ce n'est pas sur la phrase même de Tacite qu'il a fait son contresens, mais sur une phrase analogue de la source, où il était dit que le centre était formé par les prétoriens». Ignaviam praetorianorum Plutarchus sua sponte in maius extollit (*αἴσχιστα πάντων*) sicut O. 5 v. 28 sqq.; cfr. O. 9 v. 2 sqq. Groag p. 759 adn. 2 Fabiam male reprehendit. — Dato hoc, dandum est illud, v. 39—42 e communi fonte fluxisse, neque licet auctore Hermanno Hauptio (Philol. Rundschau, a. 1881, p. 956) ortos putare ex male intellectis *et media acie perrupta fugere passim Othoniani Bedriacum petentes.* Muenzer p. 325 confert III 2 *duae tunc Pannonicae ac Moesicae alae perrupere hostem.*

P. O. c. 13.

1—3 *Τῶν δὲ στρατηγῶν οὔτε Πρόκλος οὔτε Παυλῖνος συνεισελθεῖν ἐτόλμησαν, ἀλλ' ἐξέκλιναν φοβούμενοι τοὺς στρατιώτας*

3—4 *ἤδη τὴν αἰτίαν ἐπὶ τοὺς στρατηγοὺς τρέποντας.*

4—7 *Ἄννιος δὲ Γάλλος ἀνελάμβανεν ἐν τῇ πόλει καὶ παρεμυθεῖτο τοὺς ἐκ τῆς μάχης συλλεγομένους, ὡς ἀγχωμάλου γεγενημένης καὶ πολλοῖς κεκρατηκότας μέρεσι τῶν πολεμίων.*

7—18 *Μάριος δὲ Κέλσος τοὺς ἐν τέλει συναγαγὼν ἐκέλευσε σκοπεῖν τὸ κοινόν, ὡς ἐπὶ συμφορᾷ τηλικαύτῃ καὶ φόνῳ τοσούτῳ πολιτῶν μηδὲ Ὄθωνος, εἴπερ ἀνὴρ ἀγαθός ἐστιν, ἐθελήσοντος ἔτι πειρᾶσθαι τῆς τύχης, ὅπου καὶ Κάτων καὶ Σκηπίων Καίσαρι κρατοῦντι μετὰ Φάρσαλον εἶξαι μὴ θελήσαντες αἰτίαν ἔχουσιν, ὡς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐν Λιβύῃ παραναλώσαντες οὐκ ἀναγκαίως, καίπερ ἀγωνιζόμενοι περὶ τῆς Ῥωμαίων ἐλευθερίας. Τὰ γὰρ ἄλλα κοινὴν ἡ τύχη παρέχουσα πᾶσιν ἑαυτὴν ἓν οὐκ ἀφαιρεῖται τῶν ἀγαθῶν, τὸ κἂν πταίσωσιν εὐλογιστεῖν πρὸς τὰ συντυγχάνοντα. Ταῦτα λέγων ἔπειθε τοὺς ἡγεμονικούς.*

II 44 *Suetonius Paulinus et Licinius Proculus diversis itineribus castra vitavere.*

Vedium Aquilam tertiae decumae legionis legatum . . . desertorem proditoremque increpant, nullo proprio crimine eius, sed more vulgi suum quisque flagitium aliis obiectantes . . .

conpressisque militibus, quos Annius Gallus consilio precibus auctoritate flexerat, ne super cladem adversae pugnae suismet ipsi caedibus saevirent: sive finis bello venisset seu resumere arma mallent, unicum victis in consensu levamentum.

18—22 Ἐπεὶ δὲ πειρώμενοι τοὺς στρατιώτας ἑώρων εἰρήνης δεομένους καὶ Τιτιανὸς ἐκέλευε πρεσβεύειν ὑπὲρ ὁμονοίας, ἔδοξε Κέλσῳ καὶ Γάλλῳ βαδίζειν καὶ διαλέγεσθαι τοῖς περὶ τὸν Κεκίναν καὶ Οὐάλεντα.

II 45 *Postera die haud ambigua Othoniani exercitus voluntate et qui ferociores fuerant ad paenitentiam inclinantibus missa legatio:*

22—36 Βαδίζουσι δὲ αὐτοῖς ἀπήντησαν ἑκατοντάρχαι τὴν μὲν δύναμιν ἤδη κεκινημένην λέγοντες ἐρχομένην ἐπὶ τὸ Βητριακόν, αὐτοὶ δὲ ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἀπεστάλθαι περὶ ὁμονοίας. Ἐπαινέσαντες οὖν οἱ περὶ τὸν Κέλσον ἐκέλευσαν αὐτοὺς ἀναστρέψαντας πάλιν ἀπαντᾶν μετ' αὐτῶν τοῖς περὶ τὸν Κεκίναν. Ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς ἦσαν, ἐκινδύνευσεν ὁ Κέλσος. Ἔτυχον γὰρ οἱ περὶ τὴν ἐνέδραν ἡττημένοι πρότερον ἱππεῖς προεξελαύνοντες. Ὡς οὖν προσιόντα τὸν Κέλσον κατεῖδον, εὐθὺς βοήσαντες ὥρμησαν ἐπ' αὐτόν. Οἱ δὲ ἑκατοντάρχαι προέστησαν ἀνείργοντες· καὶ τῶν ἄλλων λοχαγῶν φείδεσθαι βοώντων οἱ περὶ τὸν Κεκίναν πυθόμενοι καὶ προσελάσαντες τὴν ἀκοσμίαν ταχὺ τῶν ἱππέων ἔπαυσαν, τὸν δὲ Κέλσον ἀσπασάμενοι φιλοφρόνως ἐβάδιζον μετ' αὐτῶν εἰς τὸ Βητριακόν.

nec apud duces Vitellianos dubitatum, quo minus pacem concederent. Legati paulisper retenti:

36—39 Ἐν δὲ τούτῳ μετάνοια Τιτιανὸν ἔσχεν ἐκπέμψαντα τοὺς πρέσβεις· καὶ τῶν στρατιωτῶν τοὺς θρασυνομένους αὖθις ἀνεβίβαζεν ἐπὶ τὰ τείχη καὶ τοὺς ἄλλους παρεκάλει βοηθεῖν.

ea res haesitationem attulit ignaris adhuc an impetrassent.

39—43 Τοῦ δὲ Κεκίνα προσελάσαντος τῷ ἵππῳ καὶ τὴν δεξιὰν

Mox remissa legatione patuit vallum.

ὀρέγοντος οὐδεὶς ἀντέσχεν, ἀλλ' οἱ μὲν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἠσπάζοντο τοὺς στρατιώτας, οἱ δὲ τὰς πύλας ἀνοίξαντες ἐξῄεσαν καὶ ἀνεμίγνυντο τοῖς προσήκουσιν.

43—45 Ἠδίκει δὲ οὐδείς, ἀλλὰ καὶ φιλοφροσύναι καὶ δεξιώσεις ἦσαν, ὤμοσαν δὲ πάντες περὶ τοῦ Οὐϊτελλίου καὶ προσεχώρησαν.

Tum victi victoresque in lacrimas effusi, sortem civilium armorum misera laetitia detestantes; e. q. s.

1—7. Haec quoniam adeo cum Tacito congruunt, ab eo arbitror esse repetenda. Annius Gallus quod eadem quae in Historiis non dicit apud Plutarchum v. 4 sqq., in eo plerique nulla causa haeserunt [1]), si quidem de contionibus recte egi in Praefatione. Plutarchus suae orationis argumentum, quod nec tempori nec personae satis accommodatum est [2]), ex iis videtur sumpsisse, quae iactantes Tacitus paulo post facit praetorianos: *ne Vitellianis quidem incruentam fuisse victoriam, pulso equite, rapta legionis aquila* [3]).

7—18. Haec Tacitus detraxit, non quo Celso [4]) aut Othoni [5]) faveat, sed quia in rebus eligendis suus est; cfr. quae sequuntur.

---

[1]) Ut Groag p. 759 sq.

[2]) Cfr. Gerstenecker adn. 92, Fabia p. 75. *Ne Vitellianis — perituros* post *levamentum* praepropere transposuerunt Valmaggi et Constans-Girbal, Dieckmannum p. 21 secuti.

[3]) Hic fontis communis nulla sunt vestigia; nam ἐν τῇ πόλει ex *Othoniani, Bedriacum petentes* II 44 oriri potuit; nec minus e reliquo capite manifestum est Bedriaci fuisse Gallum. Fabia p. 75 sq. ingeniosius quam verius de his disputat.

[4]) Cfr. contra Fabiam p. 302 sq. Groag p. 794 adn. 2 et supra p. 104 adn. 4.

[5]) Cfr. Krauss p. 52, Fabia p. 273 adn. 1. *Μηδὲ Ὄθωνος, εἴπερ ἀνὴρ ἀγαθός ἐστιν, ἐθελήσοντος ἔτι πειρᾶσθαι τῆς τύχης* et *ne*

18—45. Huius modi ratio quotienscumque inter scriptores intercedit, sine ulla dubitatione fontem communem subesse statuendum est: quae Plutarchus copiose perscribit, eadem Tacitus paucissimis absolvit. Hic enim cum ad exitum Othonis properaret, ille ducem breviloquentem reliquit; quaedam tamen exstant fidei communis originis haud absona [1]).

P. O. c. 14.

1—4 *Οὕτω μὲν οἱ πλεῖστοι τῶν παραγενομένων ἀπαγγέλλουσι γενέσθαι τὴν μάχην, οὐδὲ αὐτοὶ σαφῶς ὁμολογοῦντες εἰδέναι τὰ καθ' ἕκαστα διὰ τὴν ἀταξίαν καὶ τὴν ἀνωμαλίαν.*

4—11 *Ἐμοὶ δὲ ὕστερον ὁδεύοντι διὰ τοῦ πεδίου Μέστριος Φλῶρος, ἀνὴρ ὑπατικὸς τῶν τότε μὴ κατὰ γνώμην, ἀλλ' ἀνάγκῃ μετὰ τοῦ Ὄθωνος γενομένων, νεὼν ὄντα παλαιὸν ἐπιδείξας διηγεῖτο μετὰ τὴν μάχην ἐπελθὼν ἰδεῖν νεκρῶν σωρὸν τηλικοῦτον, ὥστε τοὺς ἐπιπολῆς ἅπτεσθαι τῶν ἀετῶν. Καὶ τὴν αἰτίαν ἔφη ζητῶν οὔτε αὐτὸς εὑρεῖν οὔτε παρ' ἄλλου του πυθέσθαι.*

11—13 *Θνήσκειν μὲν γὰρ παρὰ τοὺς ἐμφυλίους πολέμους, ὅταν*

I 44 *obstructae strage corporum viae, quo plus caedis fuit; neque*

---

plus quam semel certemus, penes me exemplum erit II 47, quae Mommsen p. 311 adn. 1 comparavit, inter se vix cohaerent.

[1]) Velut v. 18 sq. *ἐπεὶ — δεομένους* et *haud ambigua Othoniani exercitus voluntate*; Plutarchus v. 22 sq., quid esset, cur *legati paulisper retinerentur*, explicat; cfr. *τὰ τείχη* et *vallum*; quare autem *haesitatio* cum *τῇ μετανοίᾳ* v. 36 sq. pugnare quibusdam videatur, nescio. Tantillum varietatis in narrationes ex iisdem quasi radicibus natas semper fere irrepere Groagium p. 760 fugit.

τροπὴ γένηται, πλείονας εἰκός ἐστι τῷ μηδένα ζωγρεῖν, χρῆσθαι γὰρ οὐκ ἔστι τοῖς ἁλισκομένοις,

14—15 *ἡ δ' ἐπὶ τοσοῦτο σωρεία καὶ συμφόρησις οὐκ ἔχει τὴν αἰτίαν εὐσυλλόγιστον.*

enim civilibus bellis capti in praedam vertuntur.

1—4. Has reliquias dicam fontis illius communis, unde fluxere quae antecedunt. Cfr. Praefatio.

V. 4—11 a Mestrio Floro consulari Plutarchus audivit; quae sequuntur in scribendo addidit. Nam v. 11—13 quoniam tam mire cum singulis Taciti verbis concinunt [1], quin ex his orti sint, nullo modo fieri potest. Plutarchus igitur v. 11—15 eam causam, quam quaesisset Mestrius Florus, quodam modo significat ne ex iis quidem erui posse, quae Tacitus hoc loco dixisset: his nihil aliud explicari nisi cur tot milites occisi essent; quid vero fuisset, quare altissimus corporum cumulus iuxta templum illud coacervaretur, non apparere [2].

P. O. c. 15.

1—3 *Τῷ δὲ Ὄθωνι πρῶτον μὲν ἀσαφής, ὥσπερ εἴωθε περὶ τῶν*

II 46 *Opperiebatur Otho nuntium pugnae nequaquam trepidus*

---

[1]) *Θνήσκειν μὲν γὰρ . . . πλείονας εἰκός ἐστι, quo plus caedis fuit; παρὰ τοὺς ἐμφυλίους πολέμους, civilibus bellis; χρῆσθαι γὰρ οὐκ ἔστι κ. τ. λ., neque enim* e. q. s.

[2]) Quoniam cumulus ille ne commemoratur quidem in Historiis (aliud est enim *obstructae strage corporum viae*; similius paulo II 70 *strues corporum intueri mirari*) non recte quidam Plutarchum id egisse dicunt, ut Tacitum (seu fontem Taciti) refutaret. — Florum, cur tot occisi essent, sciscitatum putant Gerstenecker p. 50 sq. et Hardy p. 76, 265. At ille, id quod Lezius p. 157 adn. 2 docuit, accumulatos mortuos, non numerum miratus est. Quid Lezius diceret, cum sibi intellexisse videretur Fabia p. 78 sq. et 112, eodem tamen quo superiores lapsus est errore.

τηλικούτων, προσέπεσε λόγος· ἐπεὶ δὲ καὶ τετρωμένοι τινὲς ἧκον ἐκ τῆς μάχης ἀπαγγέλλοντες,

3—15 *τοὺς μὲν φίλους ἧττον ἄν τις ἐθαύμασεν οὐκ ἐῶντας ἀπαγορεύειν, ἀλλὰ θαρρεῖν παρακελευομένους, τὸ δὲ τῶν στρατιωτῶν πάθος ἅπασαν ὑπερέβαλε πίστιν, ὡς οὐκ ἀπῆλθεν οὐδεὶς οὐδὲ μετέστη πρὸς τοὺς κρατοῦντας, οὐδ' ὤφθη τὸ καθ' αὑτὸν ζητῶν ἀπεγνωσμένου τοῦ ἡγεμόνος, πάντες δ' ὁμαλῶς ἐπὶ θύρας ἦλθον, ἐκάλουν αὐτοκράτορα, προελθόντος ἐγίνοντο προστρόπαιοι, μετὰ βοῆς καὶ ἱκεσίας χειρῶν ἥπτοντο, προσέπιπτον, ἐδάκρυον, ἐδέοντο μὴ σφᾶς ἐγκαταλιπεῖν, μὴ προδοῦναι τοῖς πολεμίοις, ἀλλὰ χρῆσθαι μέχρι ἂν ἐμπνέωσι καὶ ψυχαῖς καὶ σώμασιν ὑπὲρ αὐτοῦ. Ταῦτα ὁμοῦ πάντες ἱκέτευον.*

15—17 *Εἷς δὲ τῶν ἀφανεστέρων ἀνατείνας τὸ ξίφος καὶ εἰπών, „Ἴσθι, Καῖσαρ, οὕτως ὑπὲρ σοῦ παρατεταγμένους ἅπαντας" ἀπέσφαξεν ἑαυτόν*[1].

et consilii certus. Maesta primum fama, dein profugi e proelio perditas res patefaciunt.

Non exspectavit militum ardor vocem imperatoris; bonum haberet animum iubebant: superesse adhuc novas vires, et ipsos extrema passuros ausurosque. Neque erat adulatio: ire in aciem, excitare partium fortunam furore quodam et instinctu flagrabant. Qui procul adstiterant, tendere manus, et proximi prensare genua, promptissimo Plotio Firmo. Is praetorii praefectus identidem orabat, ne fidissimum exercitum, ne optime meritos milites desereret: maiore animo tolerari adversa quam relinqui; fortes et strenuos etiam contra fortunam insistere spei, timidos et ignavos ad desperationem formidine properare. Quas inter voces ut flexerat vultum aut induraverat Otho, clamor et gemitus.

---

[1]) Cfr. Suet. O. 10 *Interfuit huic bello pater meus Suetonius Laetus, tertiae decimae legionis tribunus angusticlavius. Is mox referre crebro solebat Othonem . . . tunc ad despiciendam vitam exemplo manipularis militis concitatum, qui cum cladem exercitus nuntiaret nec cuiquam fidem faceret, ac nunc mendacii nunc timoris quasi fugisset ex acie argueretur, gladio ante pedes eius incubuerit.* Dio LXIV 11 Suetonium ipsum sequitur; vid. Roth in praef. ad

17—19 Ἀλλὰ τούτων οὐδὲν ἐπέκλασε τὸν Ὄθωνα, φαιδρῷ δὲ καὶ καθεστῶτι προσώπῳ πανταχόσε τὰς ὄψεις περιαγαγών

II 47 *Ipse aversus a consiliis belli* (cfr. II 48 *placidus ore, intrepidus verbis*)

19—41 „Ταύτην" εἶπεν „ὦ συστρατιῶται, τὴν ἡμέραν ἐκείνης, ἐν ᾗ με πρῶτον ἐποιήσατε αὐτοκράτορα, μακαριωτέραν ἡγοῦμαι τοιούτους ὁρῶν ὑμᾶς καὶ τηλικούτων ἀξιούμενος. Ἀλλὰ μὴ μείζονος ἀποστερεῖτε τοῦ καλῶς ἀποθανεῖν ὑπὲρ τοσούτων καὶ τοιούτων πολιτῶν. Εἰ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἄξιος γέγονα, δεῖ με τῆς ἐμῆς ψυχῆς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀφειδεῖν. Οἶδα τὴν νίκην τοῖς ἐναντίοις οὔτε βεβαίαν οὔτε ἰσχυρὰν οὖσαν. Ἀπαγγέλλουσι τὴν ἐκ Μυσίας ἡμῶν δύναμιν οὐ πολλῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἀπέχειν ἤδη καταβαίνουσαν ἐπὶ τὸν Ἀδρίαν. Ἀσία καὶ Συρία καὶ Αἴγυπτος καὶ τὰ πολεμοῦντα Ἰουδαίοις στρατεύματα μεθ' ἡμῶν, ἥ τε σύγκλητος παρ' ἡμῖν καὶ τέκνα τῶν ἐναντίων καὶ γυναῖκες. Ἀλλ' οὐκ ἔστι πρὸς Ἀννίβαν οὐδὲ Πύρρον οὐδὲ Κίμβρους ὁ πόλεμος ὑπὲρ τῆς Ἰταλίας, ἀλλὰ Ῥωμαίοις πολεμοῦντες ἀμφότεροι τὴν πατρίδα καὶ νικῶντες ἀδικοῦμεν καὶ νικώμενοι. Καὶ γὰρ τὸ ἀγαθὸν τοῦ κρατοῦντος ἐκείνῃ κακόν ἐστι. Πι-

II 47 *'hunc' inquit 'animum, hanc virtutem vestram ultra periculis obicere nimis grande vitae meae pretium puto. Quanto plus spei ostenditis, si vivere placeret, tanto pulchrior mors erit. Experti in vicem sumus ego ac fortuna. Nec tempus conputaveritis: difficilius est temperare felicitati, qua te non putes diu usurum. Civile bellum a Vitellio coepit, et ut de principatu certaremus armis, initium illinc fuit: ne plus quam semel certemus, penes me exemplum erit; hinc Othonem posteritas aestimet. Fruetur Vitellius fratre, coniuge, liberis: mihi non ultione neque solaciis opus est. Alii diutius imperium tenuerint: nemo tam fortiter reliquerit. An ego tantum Romanae pubis, tot egregios exercitus sterni rursus et rei publicae eripi patiar? Eat hic mecum animus, tamquam perituri pro me fueritis, sed este superstites. Nec diu moremur, ego incolumitatem vestram, vos constantiam meam. Plura de extre-*

Suet. p. XVII. Non erat quod ambigeret Macé, Essai sur Suétone p. 414 sqq. Quis non videt Dionem Suetonio haud paulo similiorem esse quam Plutarchum? Et ἱππέα pro *manipulari* substituit Dio, cum celerrimum nuntium equo vectum esse non sine causa suspicaretur.

στεύσατε πολλάκις, ὅτι δύναμαι κάλλιον ἀποθανεῖν ἢ ἄρχειν. Οὐ γὰρ ὁρῶ, τί τηλικοῦτον Ῥωμαίοις ὄφελος ἔσομαι κρατήσας, ἡλίκον ἐπιδοὺς ἐμαυτὸν ὑπὲρ εἰρήνης καὶ ὁμονοίας καὶ τοῦ μὴ πάλιν ἡμέραν τοιαύτην ἐπιδεῖν τὴν Ἰταλίαν" [1]).

mis loqui pars ignaviae est. Praecipuum destinationis meae documentum habete, quod de nemine queror; nam incusare deos vel homines eius est, qui vivere velit'.

V. 1—3 non parum consonant. Ambo, cum de mortuis egissent [2]), novi capitis initio Othonem opperientem inducunt, planeque eadem sunt *πρῶτον μὲν ἀσαφὴς λόγος*, *primum fama*; *ἐπεὶ δὲ καὶ . . . τινες ἧκον ἐκ τῆς μάχης ἀπαγγέλλοντες*, *dein profugi e proelio . . .*

---

1) Cfr. Suet. O. 10 *Hoc viso proclamasse eum aiebat* (Suetonius pater) *non amplius se in periculum talis tamque bene meritos coniecturum*; cfr. Dio LXIV 13 *„ἀρκεῖ τὰ γεγονότα, ἀρκεῖ. Μισῶ πόλεμον ἐμφύλιον, κἂν κρατῶ· φιλῶ πάντας Ῥωμαίους, κἂν μὴ ὁμολογῶσί μοι. Νικάτω Οὐϊτέλλιος, ἐπεὶ τοῦτο τοῖς θεοῖς ἔδοξε· σωζέσθωσαν καὶ οἱ ἐκείνου στρατιῶται, ἐπεὶ τοῦτ' ἐμοὶ δοκεῖ. Πολὺ γάρ που καὶ κρεῖττον καὶ δικαιότερόν ἐστιν ἕνα ὑπὲρ πάντων ἢ πολλοὺς ὑπὲρ ἑνὸς ἀπολέσθαι. Καὶ γὰρ ἐγὼ Μούκιος καὶ Δέκιος καὶ Κούρτιος καὶ Ῥήγουλος μᾶλλον ἂν ἑλοίμην ἢ Μάριος καὶ Κίννας καὶ Σύλλας, ἵνα μὴ καὶ τοὺς ἄλλους εἴπω, γενέσθαι. Μήτ' οὖν βιάσησθέ με ἕνα τούτων ὧν μισῶ γενέσθαι, μήτε φθονήσητέ μοι ἕνα ἐκείνων ὧν ἐπαινῶ μιμήσασθαι· ἀλλ' ὑμεῖς μὲν ἐπὶ τὸν κεκρατηκότα ἄπιτε καὶ ἐκεῖνον θεραπεύετε, ἐγὼ δ' αὐτὸς ἐμαυτὸν ἐλευθερώσω, ὅπως καὶ τῷ ἔργῳ ἅπαντες ἄνθρωποι μάθωσιν ὅτι τοιοῦτον αὐτοκράτορα εἵλεσθε ὅστις οὐχ ὑμᾶς ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀλλ' ἑαυτὸν ὑπὲρ ὑμῶν δέδωκε"*. Idem c. 14: *„ἐγὼ μὲν οὐκ ἔστιν ὅπως χείρων τοῦ στρατιώτου τούτου γενήσομαι, ὃν αὐτοὶ ἑοράκατε ὅπως ἑαυτὸν διὰ τοῦτο μόνον ἀπέσφαξεν, ὅτι τὴν ἧτταν τῷ ἑαυτοῦ αὐτοκράτορι ἤγγειλεν· ἀλλ' ἀκολουθήσω πάντως αὐτῷ, ἵνα μηδὲν ἔτι τοιοῦτον μήτε ἴδω μήτε ἀκούσω. Ὑμεῖς δέ, εἴπερ ὄντως φιλεῖτέ με, ἐάσατέ με ἀποθανεῖν ὡς βούλομαι, καὶ μή με ζῆσαι ἄκοντα ἀναγκάσητε, ἀλλὰ πρός τε τὸν κεκρατηκότα ἄπιτε καὶ ἐκεῖνον κολακεύετε"*.

2) P. O. 14, T. II 45 extr.

patefaciunt[1]). Iam quae v. 3—15 narrat Plutarchus, etiamsi non aeque atque illa cum Historiis congruunt, adeo tamen similia sunt[2]), ut, si qui haec fonti communi deberi credunt, luculentam illam descriptionem II 46 , quae vel una Taciteum colorem exhibet, totam a Tacito abiudicare videantur.

15—17. Hanc fabellam, cui alludit fortasse Tacitus verbis *furore quodam et instinctu*, e communi fonte intextam esse arbitror[3]).

---

[1]) *Maesta* Plutarchus dempsit, *τετρωμένοι* addidit. Nam *famae* respondet *ἀσαφὴς λόγος*, non tantum *λόγος*; saucios autem primos Brixellum pervenisse non est veri simile: venit mihi in mentem Ann. XV 11 *peditum si quis integer longinqua et avia, vulnerati castra repetivere.* Cfr. etiam Fabia p. 79. *Ὥσπερ εἴωθε περὶ τῶν τηλικούτων* potest spectare ad Tac. I 34 *occisum in castris Othonem vagus primum et incertus rumor: mox* e. q. s.

[2]) *Θαρρεῖν παρακελευομένους, bonum haberet animum iubebant*; *τὸ δὲ τῶν στρατιωτῶν πάθος*, *militum ardor*; *μετὰ βοῆς καὶ ἱκεσίας, clamor et gemitus*; *χειρῶν ἥπτοντο, tendere manus*: *προσέπιπτον, prensare genua. Τοὺς μὲν φίλους* v. 3 sq., id quod Groag p. 760 non videt, cum *Plotio Firmo* e. q. s. cohaerent; *ἐδάκρυον* cum II 48 *intempestivas suorum lacrimas.* De *πάντες* — *ἦλθον* vid. Fabia p. 80: »Mais n'est-ce pas un détail de sa propre invention?» et cfr. *non exspectavit militum ardor vocem imperatoris.* Cetera, quibus orationem cumulavit Plutarchus, vilia sunt.

[3]) De Suetonio, qui O. 10 similem rem a patre se accepisse scribit, non male Fabia p. 147 adn. 1: »Plutarque l'a trouvé dans la source commune et l'a transcrit tel quel». »Suétone l'a rectifiée avec ses renseignements personnels». Aliter Hofstee ad Suet. O. 10, comparatis quae III 54 Tacitus de Iulio Agreste centurione memoriae prodidit: Suetonium et Dionem duas narrationes in unam confudisse, Plutarchum vera habere. Cfr. etiam Nissen p. 537. — In *ταῦτα ὁμοῦ πάντες ἱκέτευον* v. 14 sq. — *εἷς δὲ κ. τ. λ.* v. 15 iuncturam quandam suspicor latere. — Patri cum Suetonius nihil debeat praeter ea, quae ipse fatetur (O. 10 *interfuit — coniecturum*), aequo plus tribuerunt Fabia p. 142 et Groag p. 762 adn. 1, 769 adn. 1.

17—19. Imaginem a Tacito adumbratam expressit atque informavit Plutarchus.

19—41. In contionibus cum plerumque scriptores plus quam alias inter se differant, quaedam tamen hic Plutarcho sunt cum Tacito similitudines, quae apud reliquos non reperiuntur, velut v. 31 sq. παρ' ἡμῖν καὶ τέκνα τῶν ἐναντίων καὶ γυναῖκες et *fruetur Vitellius fratre, coniuge, liberis*; v. 23 τοῦ καλῶς ἀποθανεῖν et *pulchrior mors*; v. 34 sq. ἀλλὰ Ῥωμαίοις πολεμοῦντες ἀμφότεροι τὴν πατρίδα καὶ νικῶντες ἀδικοῦμεν καὶ νικώμενοι et *an ego tantum Romanae pubis, tot egregios exercitus . . . rei publicae eripi patiar?* Neque crediderim casu evenisse, ut initium Plutarchi ταύτην, εἶπεν primis Taciti vocibus *hunc, inquit* assimularetur, praesertim cum uterque post contionem iisdem verbis narrationem traduceret (τοιαῦτα διαλεχθείς O. 16 v. 1, *talia locutus* II 48). Nec vero quicquam inest in Plutarchi oratione, quod non ex sua mente, sed ex alio auctore rerum Romanarum videatur addidisse. Plus recedit a verbis Taciti Dio [1]), qui tamen, cum Othonem dicentem facit se unum pro multis emori velle, dubium est an secutus sit Plutarchum; Suetonius vero orationem ab Othone habitam patre auctore negat [2]).

---

[1]) Cfr. etiam Zon. XI 15.

[2]) Etiam v. 27 sqq., ἀπαγγέλλουσι τὴν ἐκ Μυσίας ἡμῶν δύναμιν οὐ πολλῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἀπέχειν ἤδη καταβαίνουσαν ἐπὶ τὸν Ἀδρίαν, mirum in modum congruunt cum iis, quae paulo ante contionem posuit Tacitus, *praemissi e Moesia eandem obstinationem adventantis exercitus, legiones Aquileiam ingressas nuntiabant* II 46. Multo minus similia esse quae de Moesicis legionibus alibi scribit Tacitus (II 32, 44) non attendunt Fabia p. 82, Andresen p. 433. — Cfr. supra p. 123 adn. 5. — Orationem autem Plutarchi magis cum

P. O. c. 16.

1—4 *Τοιαῦτα διαλεχθεὶς καὶ πρὸς τοὺς ἐνίστασθαι καὶ παρακαλεῖν ἐπιχειροῦντας ἀπισχυρισάμενος τούς τε φίλους ἐκέλευεν ἀπαλλάττεσθαι καὶ τῶν συγκλητικῶν τοὺς παρόντας·* [1])

II 48 *Talia locutus, ut cuique aetas aut dignitas, comiter appellatos, irent propere neu remanendo iram victoris asperarent, iuvenes auctoritate, senes precibus movebat, placidus ore, intrepidus verbis, intempestivas suorum lacrimas coërcens.*

4—6 *τοῖς δὲ μὴ παροῦσιν ἐπέστελλε καὶ γράμματα πρὸς τὰς πόλεις, ὅπως παρακομισθῶσιν ἐντίμως καὶ μετὰ ἀσφαλείας.*

Dari naves ac vehicula abeuntibus iubet; libellos epistulasque studio erga se aut in Vitellium contumeliis insignes abolet.

6—9 *Προσαγόμενος δὲ τὸν ἀδελφιδοῦν Κοκκήϊον* [1]) *ἔτι μειράκιον ὄντα θαρρεῖν παρεκάλει καὶ μὴ δεδιέναι Οὐϊτέλλιον, [οὗ*] καὶ μητέρα καὶ γενεὰν καὶ γυναῖκα αὐτός, ὥσπερ οἰκείων κηδόμενος, διαφυλάξαι.*

. . . *Mox Salvium Cocceianum, fratris filium, prima iuventa, trepidum et maerentem ultro solatus est, laudando pietatem eius, castigando formidinem: an Vitellium tam inmitis animi fore, ut pro incolumi tota domo ne hanc quidem sibi gratiam redderet?*

10—12 *Διὰ τοῦτο γὰρ οὐδὲ θέσθαι παῖδα βουλόμενος αὐτόν, ἀλλ' ἀναβαλέσθαι τὴν εἰσποίησιν, ὅπως συνάρχοι κρατήσαντος αὐτοῦ, μὴ προσαπόλοιτο πταίσαντος.*

12—15 *„Ἐκεῖνο δὲ" εἶπεν „ὦ παῖ, παρεγγυῶμαί σοι τελευταῖον, μήτε ἐπιλαθέσθαι παντάπασι μήτε*

. . . *neu patruum sibi Othonem fuisse aut oblivisceretur umquam aut nimium meminisset.*

Taciti quam cum reliquorum concinere parum curaverunt Mommsen p. 315 adn. 1, Fabia p. 80 sqq., Norden, Antike Kunstprosa I p. 89 adn. 2. Cfr. Woelfflin Comp. p. 20 sq.

[1]) Cfr. Suet. O. 10 *Fratrem igitur fratrisque filium et singulos amicorum cohortatus ut sibi quisque pro facultate consuleret, ab amplexu et osculo suo dimisit omnis.* Dio apud Zon. XI 15 *καὶ καλῶν ἕνα ἕκαστον τῶν παρόντων ἠσπάζετο αὐτοὺς καὶ ἐδίδου σφίσι χρήματα.*

ἄγαν μνημονεύειν, ὅτι Καίσαρα θεῖον ἔσχες".

15—23 *Γενόμενος δὲ ἀπὸ τούτων μετὰ μικρὸν ἤκουσε θορύβου καὶ βοῆς ἐπὶ θύραις. Οἱ γὰρ στρατιῶται τῶν συγκλητικῶν τοῖς ἀπιοῦσι διηπείλουν ἀποσφάξειν, εἰ μὴ παραμενοῦσιν, ἀλλὰ οἰχήσονται τὸν αὐτοκράτορα καταλιπόντες. Πάλιν οὖν προῆλθεν ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν φοβηθείς, καὶ τοὺς στρατιώτας οὐκέτι δεητικὸς οὐδὲ πρᾶος, ἀλλὰ τραχὺς ὀφθεὶς καὶ μετ' ὀργῆς εἰς τὸ θορυβοῦν μάλιστα διαβλέψας ἀπελθεῖν ἐποίησεν εἴξαντας καὶ διατρέσαντας* [1]).

I 49 *Post quae dimotis omnibus paulum requievit. Atque illum supremas iam curas animo volutantem repens tumultus avertit, nuntiata consternatione ac licentia militum; namque abeuntibus exitium minitabantur, atrocissima in Verginium vi, quem clausa domo obsidebant. Increpitis seditionis auctoribus regressus vacavit abeuntium adloquiis, donec omnes inviolati digrederentur.*

Omnia Tacito debere videtur Plutarchus.

V. 1—4 haud mediocriter cum loco Taciti [2]) consentiunt. *Τοιαῦτα διαλεχθείς* est *talia locutus* [3]); *ἀπισχυρισάμενος* est *intrepidus verbis*; *ἐκέλευεν ἀπαλλάτ-*

---

[1]) Cfr. Suet. O. 11 *Atque ita paratus intentusque iam morti, tumultu inter moras exorto ut eos, qui discedere et abire coeptabant, corripi quasi desertores detinerique sensit, 'adiciamus', inquit, 'vitae et hanc noctem!' (his ipsis totidemque verbis) vetuitque vim cuiquam fieri; et in serum usque patente cubiculo, si quis adire vellet, potestatem sui praebuit*; Dio apud Zon. XI 15 *κἂν τούτῳ ταραχῆς γενομένης στρατιωτῶν ἐξῆλθε, καὶ καταστήσας αὐτοὺς οὐ πρότερον ἀνεχώρησε πρὶν ἐς τὸ ἀσφαλὲς ἄλλους ἀλλαχοῦ πέμψαι.*

[2]) Qui praeterea cum P. O. 15 v. 17—19 conferendus est.

[3]) Minus similiter Dio LXIV 14 *τοιαῦτα μὲν ὁ Ὄθων εἶπεν.* Ita non iniuria Woelfflin Comp. p. 20 huic instat similitudini, quae perfacile vitari potuit. — De *τοιαῦτα* cfr. Christ, Geschichte der griechischen Litteratur, a. 1898, p. 342 adn. 2.

τεσθαι est *irent propere*; τῶν συγκλητικῶν cum *dignitas* comparandum est [1]).

4—6. Quae verba Tacitus in earundem rerum serie ponit, ex iis non satis intellectis derivatum suspicor locum Plutarchi. *Τοῖς δὲ μὴ παροῦσιν* est *abeuntibus*, *γράμματα* sunt *libelli epistulaeque* [2]).

6—15. Dubito an quae Otho Cocceianum alloquitur ab uno Tacito habeat Plutarchus [3]). Primum in v. 6—9 *τὸν ἀδελφιδοῦν Κοκκήϊον* [4]) *ἔτι μειράκιον ὄντα* cum *Cocceianum, fratris filium, prima iuventa* ad verbum congruit; *θαρρεῖν παρεκάλει* est *trepidum et maerentem ultro solatus est*; *καὶ μὴ δεδιέναι Οὐϊτέλλιον, οὗ καὶ μητέρα καὶ γενεὰν καὶ γυναῖκα κ. τ. λ.* [5]) est *castigando formidinem: an Vitellium tam inmitis animi fore, ut pro incolumi*

---

[1]) *Τῶν συγκλητικῶν τοὺς παρόντας* iis, quae sequuntur (v. 4—6), opponitur; *οἱ παρόντες* persaepe a Graeco scriptore video infulciri (cfr. G. 23, 19; 25, 6; O. 1, 9).

[2]) Ne me cupide agere putes, adferam verba Hardii p. 270: »There seems no reason why Otho should have written these letters only for those who were absent, as the others would equally need assistance on their journey . . . I believe that the common authority also used the word *abeuntibus*, and that Plutarch has mistranslated this by *τοῖς μὴ παροῦσιν*». Plutarchi narratio non eo comprobatur, quod aut II 52 *magna pars senatus Mutinae relicta* commemoratur aut II 54 Coenus libertinus diplomatis Othonis utitur. Sed adeo Tacitum auctoris communis similem fuisse, ut eiusdem errati posset esse causa, Hardio haud assentior.

[3]) Differt Suetonius et quod fratrem Othonis dicit adfuisse fallitur; cfr. Krauss p. 26, Fabia p. 141.

[4]) Hoc mendum librariorum est pro *Κοκκηϊανόν*. Sic Nissen p. 544 adn. 1.

[5]) Cfr. ad P. O. 5 v. 9—11.

tota domo e. q. s. Quae, ut in oratiuncula, satis concinunt. Quod vero extrema Othonis verba, v. 12—15, apud utrumque eadem sunt, de hoc argumento uno omnium gravissimo dixi in Praefatione. Ea autem Plutarchi verba, quae sola desunt apud Tacitum, (v. 10—12) fontis communis esse indicium libenter confiterer, nisi fides iis deroganda videbatur. Nam quoniam Statiliam Messalinam Neronis uxorem ab Othone matrimonio destinatam Suetonius O. 10 memoriae prodidit, veri simile non est Othonem de fratris filio adoptando agitavisse, neque credibile illud, si fuit, consilium ipsi tam periculosum a Cocceiano divulgatum esse [1]. Itaque haec facundiae Plutarchi, verba Othonis *posteris suis* II 48 de more amplificantis, non inconsulte asseruntur.

15—23. Plutarchum Tacito simillimum esse, a Suetonio longius abesse quis est quin videat? [2])

P. O. c. 17.

1—4 *Ἤδη δὲ ἑσπέρας οὔσης ἐδίψησε, καὶ πιὼν ὀλίγον ὕδατος,*	II 49 *Vesperascente die sitim haustu gelidae aquae sedavit.*

---

[1]) Cfr. Krauss p. 15 sq.; Fabia, Sources p. 83, 141 sq., Le troisième mariage de Néron, Revue de philologie, a. 1895, p. 231. Talia quam facile Plutarcho excidere potuerint sermonem fingenti, neque Fabia neque Beckurts p. 2 adn. 1 intellexerunt. Quamquam hoc aliunde inseri potuisse non praecise nego.

[2]) Cfr. *γενόμενος δὲ ἀπὸ τούτων* P., *post quae dimotis omnibus* T.; *τοῖς ἀπιοῦσι* P., *abeuntibus* T.; *eos, qui discedere et abire coeptabant* S.; *διηπείλουν ἀποσφάξειν* P., *exitium minitabantur* T. Ne *καταλιπόντες* quidem cum *desertores* Suetonii necessario cohaeret. In *τραχὺς ὀφθεὶς κ. τ. λ.* picturae indulget Plutarchus; alii auctori nequaquam ea attribui oportet. Quod nuntiari Othoni tumultum scribit Tacitus, ab ipso exaudiri Plutarchus, parvulam hanc differentiam premit Groag p. 761 et 766.

δυεῖν ὄντων αὐτῷ ξιφῶν, ἑκατέρου κατεμάνθανε τὸ σπάσμα πολὺν χρόνον, καὶ τὸ ἕτερον ἀπέδωκε, θάτερον δὲ εἰς τὰς ἀγκάλας ἀναλαβὼν [1])

Tum adlatis pugionibus <duobus>, cum utrumque pertemptasset, alterum capiti subdidit.

4—8 τοὺς οἰκέτας προσεκαλεῖτο. Καὶ φιλοφρονούμενος διένεμε τῶν χρημάτων τῷ μὲν πλέον, τῷ δὲ ἔλαττον, οὐχ ὥσπερ ἀλλοτρίων ἀφειδῶν, ἀλλὰ τὸ κατ' ἀξίαν καὶ τὸ μέτριον ἐπιμελῶς φυλά ᾿Αποπέμψας δὲ τούτους [2])

II 48 *pecunias distribuit parce nec ut periturus.*

8—10 ἤδη τὸ λοιπὸν ἀνεπαύετο τῆς νυκτός, ὥστε τοὺς κατευναστὰς αἰσθάνεσθαι βαθέως αὐτοῦ καθεύδοντος [3]).

II 49 *noctem quietam, utque adfirmatur, non insomnem egit:*

10—26 Ὄρθρου δὲ καλέσας ἀπελεύθερον, ᾧ συνδιῴκησε τὰ περὶ τοὺς συγκλητικούς, μαθεῖν προσέταξε· καὶ πυθόμενος γεγονέναι τοῖς ἀπερχομένοις ὧν ἕκαστος ἔχρῃζεν „Ἴθι τοίνυν“ ἔφη „σύ, καὶ ποίει τοῖς στρατιώταις ἐμφανῆ σεαυτόν, εἰ μὴ θέλεις κακῶς ὑπ' αὐτῶν ἀποθανεῖν ὡς ἐμοὶ συμπράξας τὸν θάνατον.“ Ἐξελθόντος δὲ τοῦ ἀνθρώπου τὸ ξίφος ὑποστήσας ὀρθὸν ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ καὶ περιπεσὼν ἄνωθεν ὅσον ἅπαξ στενάξαι μόνον ᾔσθετο τοῦ πόνου καὶ τοῖς ἐκτὸς αἴσθησιν παρέσχεν. ᾿Αραμέ-

luce prima in ferrum pectore incubuit. Ad gemitum morientis ingressi liberti servique et Plotius Firmus praetorii praefectus unum vulnus invenere. Cfr. etiam II 53 *Bononiae . . . interrogatus Othonis libertus causam digressus habere se suprema eius mandata respondit; ipsum viventem quidem relictum, sed sola posteritatis cura et abruptis vitae blandimentis.*

[1]) Cfr. Suet. O. 11 *Post hoc sedata siti gelidae aquae potione, arripuit duos pugiones et explorata utriusque acie, cum alterum pulvino subdidisset . . .*

[2]) Cfr. Suet. O. 10 *Divisit et pecunias domesticis ex copia praesenti.* De Dione vid. p. 131 adn. 1 et p. 138 adn. 1.

[3]) Cfr. Suet. O. 11 *foribus adopertis artissimo somno quievit.*

νων δὲ τῶν παίδων οἰμωγὴν εὐθὺς ἅπαν τὸ στρατόπεδον καὶ τὴν πόλιν ἐπεῖχε κλαυθμός· καὶ μετὰ βοῆς οἱ στρατιῶται εἰσέπεσον ἐπὶ τὰς θύρας καὶ ὠλοφύροντο περιπαθοῦντες καὶ λοιδοροῦντες ἑαυτοὺς μὴ φυλάξαντας τὸν αὐτοκράτορα μηδὲ κωλύσαντας ἀποθανεῖν ὑπὲρ αὐτῶν. Ἀπέστη δὲ οὐδεὶς τῶν κατ' αὐτὸν ἐγγὺς ὄντων τῶν πολεμίων [1]),

26—31 ἀλλὰ κοσμήσαντες τὸ σῶμα καὶ πυρὰν κατασκευάσαντες ἐξεκόμιζον ἐν τοῖς ὅπλοις οἱ φθάσαντες ὑποδῦναι καὶ βαστάσαι τὸ λέχος ἐπιγαυρούμενοι. Τῶν δὲ ἄλλων οἱ μὲν τὸ τραῦμα τοῦ νεκροῦ κατεφίλουν προσπίπτοντες, οἱ δὲ ἥπτοντο τῶν χειρῶν, οἱ δὲ προσεκύνουν πόρρωθεν [2]).

II 49 *Tulere corpus praetoriae cohortes cum laudibus et lacrimis, vulnus manusque eius exosculantes.*

31—39 Ἔνιοι δὲ τῇ πυρᾷ λαμπάδας ὑφέντες ἑαυτοὺς ἀπέσφαξαν, οὐδὲν ἐκδήλως οὔτε πεπονθότες χρηστὸν ὑπὸ τοῦ τεθνηκότος οὔτε πείσεσθαι δεινὸν ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος δεδιότες. Ἀλλ' ἔοικε μηδενὶ τῶν πώποτε τυράννων ἢ βασιλέων δεινὸς οὕτως ἔρως ἐγγενέσθαι καὶ περιμανὴς τοῦ ἄρχειν, ὡς ἐκεῖνοι τοῦ ἄρχεσθαι καὶ ὑπακούειν Ὄθωνος ἠράσθησαν· οὕς γε μηδ' ἀποθανόντος ὁ πόθος προύλιπεν, ἀλλὰ

Quidam militum iuxta rogum interfecere se, non noxa neque ob metum, sed aemulatione decoris et caritate principis.

---

[1]) (S. l. l.) *Et circa lucem demum expergefactus, uno se traiecit ictu infra laevam papillam, irrumpentibusque ad primum gemitum modo celans modo detegens plagam, exanimatus est.*

[2]) Cfr. Suet. O. 12 *Multi praesentium militum cum plurimo fletu manus ac pedes iacentis exosculati, fortissimum virum, unicum imperatorem praedicantes*

παρέμεινεν εἰς ἀνήκεστον ἔχθος
Οὐϊτελλίῳ τελευτήσας [1]).

In hoc capite Plutarchus, cum pleraque ab auctore communi petierit, non tamen omnino videtur deseruisse Tacitum.

V. 1—4 e fonte communi fluxerunt, quia Plutarchi ἑκατέρου κατεμάνθανε τὸ σπάσμα ad Suetonii *explorata utriusque acie* propius accedit quam ad Taciti *cum utrumque pertemptasset* [2]). Nullo ex iis locis, quibus fontem communem subesse concedo, Tacitus Plutarcho similior est quam hic [3]). In iis, quae sequuntur, Tacitus, ut fit, narrationem fontis magno opere coartavit.

4—8. Quoniam τοὺς οἰκέτας cum *domesticis* Suetonii congruit, haec quoque communi addicantur auc-

---

[1]) (S. l. l.) *ibidem statim nec procul a rogo vim suae vitae attulerunt*; Dio LXIV 15, 1 καί τινες ἑαυτοὺς ἐπέσφαξαν αὐτῷ.

[2]) Ξίφος Plutarchus crebro *pugionem* dicit: reperio Cat. Ut. 68—70 vicissim ξίφος et ἐγχειρίδιον; C. Gracch. 16 τὸ ξίφος est μικρὸν ἐγχειρίδιον ibidem 15; τὸ ξίφος Galb. 26 v. 37 respondet *pugioni* Taciti I 43. Falso igitur »épée» Fabia p. 84, »Schwert» Groag p. 761, pro »poignard», »Dolch». — Ut καὶ τὸ ἕτερον ἀπέδωκε, sic πολὺν χρόνον, etsi Taciteo *pertemptasset* nescio quo pacto respondet (Fabia p. 143), ab ipso additum esse dixerim; cfr. P. O. 12 v. 20. Ἀγκάλας, cui repugnant Taciti *capiti* et Suetonii *pulvino*, indiligentia Plutarchi exstitit. Tacitum fontem fuisse Plutarchi Woelfflin Comp. p. 46 non recte concludit. — Groag p. 766 adn. 4 et p. 769 adn. 1 Plutarchum cum Suetonio congruere non videt; neque *pulvino* e *capiti* ortum est, sed contra.

[3]) Unum ἤδη δὲ ἑσπέρας οὔσης, quod apud Suetonium desideratur, de ipso Tacito forsitan delibaverit Plutarchus (cfr. *vesperascente die*).

tori, cuius tamen ordinem dispositionemque mutavit Plutarchus [1]).

8—10. Tacitus cum verbis *utque adfirmatur* testimonium cubiculariorum a Plutarcho allatum significet [2]) cumque huius *βαθέως αὐτοῦ καθεύδοντος* similius sit Suetoniano *artissimo somno* quam illius *non insomnem*, fontem communem ab his tribus adhibitum esse efficitur.

---

[1]) Cfr. Fabia p. 84. — Quin Dio ipsum Tacitum adhibuerit, omnis iis verbis tollitur dubitatio, quae p. 131 adn. 1 transscripsi. Nam cum comparatis Plutarcho et Suetonio eum fontis communis locum a Tacito expressum esse intellegatur, quo pecunias ab Othone libertis servisque (*τοῖς οἰκέταις*, *domesticis*) distributas esse narraretur, in Historiis tamen propter sententiarum seriem facile credas Othonem abeuntibus amicis nummos dividentem induci. Sic recentiorum quoque non nullis visum est; cfr. Hardy ad *διένειμε*: »Tacitus, by the connection in which he mentions it, seems to imply that the money was given to the senators and other friends on their departure. Suetonius, however, agrees with Plutarch». L. Paul, Kaiser Marcus Salvius Otho, Mus. Rhen., a. 1902, p. 131: »[Otho] vertheilte unter seine Freunde Geld», item p. 132 sq. Sequitur igitur ipsius Taciti verba non recte intellexisse Dionem, cuius *καλῶν* e *dignitas* Tac. II 48 natum est. Nemo, quod sciam, hoc attendit: fugit certe Sickelium, De fontibus a Cassio Dione adhibitis p. 21 sq. Cfr. Praefatio.

[2]) Cfr. Suetonii *foribus adopertis*, quamquam *adapertis* haud scio an magis consentaneum fuerit. Nec Fabia non dicit p. 143: »Suétone ajoute que la porte de la chambre resta ouverte; Plutarque dit que les valets de chambre s'aperçurent que leur maître dormait profondément; les deux détails vont parfaitement ensemble». Male Groag p. 769 adn. 1 hoc Suetonio patri assignat; cfr. p. 129 adn. 3 extr. — Quodsi quicquam fontem communem expressum indicat, certe id facit *utque adfirmatur* cum *ὥστε τοὺς κατευναστὰς αἰσθάνεσθαι* comparatum. Groag tamen p. 761 diversam horum putat originem.

10—26. Haec non ex Historiis emanasse perspicuum est [1]. Illam quoque de liberto Othonis narratiunculam, quam Krauss p. 16 sq. sine ulla probabili causa in suspicionem vocavit, propter Tac. II 53 auctor communis sibi vindicat [2]. Quamquam non dubitari oportet, quin illius narratio conformatis a Plutarcho sententiis non nihil illuminata sit.

Contra v. 26—31, licet floridiores sint aliquanto, quo minus ex Historiis videantur fluxisse, nihil obstat [3]. Item v. 31—39, ubi *οὐδὲν — δεδιότες* e Taciti *non noxa neque ob metum* ducta esse crediderim [4]. Nec minus quae de militum erga Othonem amore Plutarchus declamat, a *caritate principis* Taciti proficisci potuerunt; et desunt apud Suetonium.

P. O. c. 18.

1—2 *Τὰ μὲν οὖν ἄλλα καιρὸν οἰκεῖον ἔχει λεχθῆναι·*

2—6 *κρύψαντες δὲ τῇ γῇ τὰ λείψανα τοῦ Ὄθωνος οὔτε μεγέθει σήματος οὔτ' ἐπιγραφῆς ὄγκῳ τὸν τάφον ἐποίησαν ἐπίφθονον. Εἶδον δὲ ἐν Βριξίλλῳ γενόμενος καὶ μνῆμα μέτριον καὶ τὴν ἐπιγραφὴν οὕτως*

II 49 *Othoni sepulcrum exstructum est modicum et mansurum.*

---

[1] Vid. etiam Norden, Antike Kunstprosa I p. 331 adn. 2.

[2] Eodem si spectat *explorato iam profectos amicos* Tac. II 49, ante tempus positum est; cfr. Fabia p. 85. L. Paul l. l. p. 133 omittit Tac. II 53 (»da Tacitus von dem Freigelassenen Nichts weiss«).

[3] In *τὸ τραῦμα . . . τῶν χειρῶν*, *vulnus manusque* rursus inter se similiores sunt Plutarchus et Tacitus quam Suetonio (*manus ac pedes*).

[4] Contortula est ratio Lezii p. 169, cui cum *non noxa* idem esse videretur ac non noxae conscientia, ut subicienda esset

ἔχουσαν, εἰ μεταφρασθείη· „Δηλώσει[1]) *Μάρκου Ὄθωνος“*[2]).

6—8 *Ἀπέθανε δὲ Ὄθων ἔτη μὲν ἑπτὰ καὶ τριάκοντα βιώσας, ἄρξας δὲ τρεῖς μῆνας*[3]),

Hunc vitae finem habuit septimo et tricensimo aetatis anno.

8—11 *ἀπολιπὼν δὲ μὴ χείρονας μηδ' ἐλάττους τῶν τὸν βίον αὐτοῦ ψεγόντων τοὺς ἐπαινοῦντας τὸν θάνατον. Βιώσας γὰρ οὐδὲν ἐπιεικέστερον Νέρωνος ἀπέθανεν εὐγενέστερον*[4]).

II 50 *Duobus facinoribus, altero flagitiosissimo, altero egregio, tantundem apud posteros meruit bonae famae quantum malae.*

haec vis, milites illos noxae alicuius conscios, id est intimos Othonis comites non fuisse (cfr. *οὔτε πεπονθότες χρηστὸν ὑπὸ τοῦ τεθνηκότος*), dubitavit ille quidem, an Plutarchus ex uno verbo obscuro hoc colligere non potuerit, maluitque fontem communem. Sed haud secus Plutarchus praedicat gratuitam virtutem praemiorumque incuriosam Sempronii Densi G. 26 (*οὐδὲν ἰδίᾳ χρηστὸν ὑπὸ Γάλβα πεπονθώς*), Marii Celsi O. 1 (*Γάλβᾳ . . . ᾧ χάριν οὐδεμίαν ὤφειλεν*). Tacitum autem illud de animis militum iudicium non ipsum edidisse parum probabile est; cfr. Ann. VI 4 *metum prorsus et noxae conscientiam pro foedere haberi*; XIV 9 *Mnester se ipse ferro transegit, incertum caritate in patronam an metu exitii.*

[1]) *Λαίμοσι* Lobeck.

[2]) Cfr. Suet. Vit. 10 (Vitellius) *lapidem memoriae Othonis inscriptum intuens, dignum eo Mausoleo ait.*

[3]) Cfr. Suet. O. 11 *tricensimo et octavo aetatis anno et nonagensimo et quinto imperii die*; Dio LXIV 15, 2 *Τοῦτο τὸ τέλος τῷ Ὄθωνι ἐγένετο ζήσαντι μὲν ἑπτὰ καὶ τριάκοντα ἔτη, ἕνδεκα ἡμερῶν δέοντα, ἄρξαντι δὲ ἡμέρας ἐνενήκοντα.*

[4]) Cfr. Suet. O. 12 *Denique magna pars hominum, incolumem gravissime detestata, mortuum laudibus tulit*; Dio LXIV 15, 2 *Κάκιστα γε μὴν ἀνθρώπων ζήσας κάλλιστα ἀπέθανε, καὶ κακουργότατα τὴν ἀρχὴν ἁρπάσας ἄριστα αὐτῆς ἀπηλλάγη*; Martialis VI 32, 5 sq.:

> *Sit Cato, dum vivit, sane vel Caesare maior:*
> *Dum moritur, numquid maior Othone fuit?*

11—13 *Οἱ δὲ στρατιῶται Πλωτίου τοῦ ἑτέρου τῶν ἐπάρχων ὀμνύειν εὐθὺς εἰς τὸν Οὐϊτέλλιον κελεύσαντος ἐδυσχέραινον·*

13—22 *καὶ πυθόμενοι τῶν συγκλητικῶν ἐνίους ἔτι παρεῖναι τοὺς μὲν ἄλλους ἀφῆκαν, Οὐεργινίῳ δὲ Ῥούφῳ πράγματα παρεῖχον ἅμα τοῖς ὅπλοις ἐλθόντες ἐπὶ τὴν οἰκίαν καὶ κατακαλοῦντες αὖθις καὶ [κατα]κελεύοντες ἄρχειν ἢ πρεσβεύειν ὑπὲρ αὐτῶν. Ὁ δὲ τὴν ἡγεμονίαν ἡττωμένων παραλαβεῖν νενικηκότων πρότερον μὴ θελήσας μανικὸν ἡγεῖτο· πρεσβεύειν δὲ πρὸς τοὺς Γερμανοὺς δεδιὼς πολλὰ βεβιάσθαι παρὰ γνώμην ὑπ' αὐτοῦ δοκοῦντας ἔλαθε δι' ἑτέρων θυρῶν ἐκποδὼν ποιήσας ἑαυτόν.*

22—24 *Ὡς δὲ τοῦτο ἔγνωσαν οἱ στρατιῶται, τούς τε ὅρκους ἐδέξαντο καὶ τοῖς περὶ τὸν Κεκίναν προσέθεντο συγγνώμης τυχόντες.*

II 51 *In funere eius novata luctu ac dolore militum seditio, nec erat qui coërceret.*

Ad Verginium versi, modo ut reciperet imperium, nunc ut legatione apud Caecinam ac Valentem fungeretur, minitantes orabant: Verginius per aversam domus partem furtim digressus inrumpentes frustratus est.

Earum quae Brixelli egerant cohortium preces Rubrius Gallus tulit, et venia statim impetrata, concedentibus ad victorem per Flavium Sabinum iis copiis, quibus praefuerat.

V. 1—2 ad Vitellii spectant vitam describendam, quae temporum iniquitate interiit [1]).

2—6. Haec omnia ipsi patet tribuenda esse Plutarcho. Quamquam *οὔτ'* . . . *ἐπίφθονον* mihi videtur nescio quo modo respondere verbo Taciti *mansurum*; etiam *μέτριον*, quicquid loquitur Groag p. 797 adn. 5, e *modicum* potuit fluere [2]).

---

[1]) Cfr. initium Praefationis.

[2]) »Plutarque, aux renseignements de la source, a ajouté ses connaissances personnelles» (Fabia p. 87).

6—8. Hoc quivis de medio illorum temporum scriptor Plutarchum docere potuit [1]).

8—11. De mortuo Othone cum pro sua quisque facultate decorum aliquid dicere studuerit, nemini tamen Plutarchus similior est quam Tacito. Nam ille verbis μὴ χείρονας μηδ' ἐλάττους . . . τοὺς ἐπαινοῦντας, sane non satis feliciter, huius *tantundem bonae famae* e. q. s. aemulatus est [2]).

11—13. E fonte communi ipsam rem plane expressit Plutarchus, Tacitus potius animos militum [3]).

13—22 et 22—24. In his cum nullum est fontis alius certum vestigium [4]) tum Historiis haud parum

[1]) Congruentia praebent in eo numero, quorum opera exstant, praeter quattuor illos Iosephus Bell. Iud. IV 9, 9; Aurelius Victor Caes. 7, (Victor) Epit. 7; Eutropius VII 17, 3. — Suetonio quam Tacito Plutarchus in eo similior est, quod Othonem et septem et triginta annos iam complesse dicit, falso id quidem (cfr. Lezius p. 170 adn. 1), et menses tres imperasse addit.

[2]) Non recte Mommsen p. 316 de sententiola Taciti: »so hat diese letztere Fassung zwar mehr Pointe als die erstere, aber in der That ist sie falsch; denn durch keine einzelne Unthat, der man die Grossthat seines Todes entgegensetzen könnte, ist Othos Leben, das ganz gemeine eines leeren und wüsten Hofadlichen, im Besonderen bezeichnet«. Quae Tacitus denotaret facinora, Dio intellexit: κακουργότατα τὴν ἀρχὴν ἁρπάσας ἄριστα αὐτῆς ἀπηλλάγη (cfr. Norden, Antike Kunstprosa I p. 342 adn. 1). Immo verius hoc Taciteum quam Plutarcheum illud videtur Woelfflino Comp. p. 17. Fabia p. 297 et 308 adn. 1 a Mommsenio non ferme dissentit.

[3]) Πλωτίου scripsi pro codicum Πολλίωνος; cfr. Iustus Lipsius ad Hist. II 46, Hardy p. 274. — Clason p. 11 sq. in Plutarchum iniustus est. Bene Fabia p. 275 sq.

[4]) Non enim magnam vim habent καὶ πυθόμενοι — ἀφῆκαν; cfr. Praefatio de οἱ μὲν — οἱ δέ ab ipso Plutarcho saepe additis. Neque ad ὁ δὲ — δοκοῦντας et ὡς δὲ — Κεκίναν alius fons requirebatur (cfr. Fabia p. 89); τοῖς περὶ τὸν Κεκίναν, in quo haesit Lezius

similia sunt ἅμα τοῖς ὅπλοις (*minitantes*)[1], ἄρχειν ἢ πρεσβεύειν (*modo ut reciperet imperium, nunc ut legatione fungeretur*), ἔλαθε δι' ἑτέρων θυρῶν ἐκποδὼν ποιήσας ἑαυτόν (*per aversam domus* [τὴν οἰκίαν v. 16] *partem inrumpentes frustratus est*), συγγνώμης τυχόντες (*et venia statim impetrata*). Quae contra opinionem Groagii[2], si minus Taciteam, at certe communem originem asseverant.

---

p. 172, respondent apud Tacitum et paulo ante *Caecinam ac Valentem* et mox *ad victorem*; cfr. quae de simili re dixi p. 104 adn. 4.

[1]) Propter hoc verbum supervacanea est coniectura Clasonii p. 69 adn. 2 et Hardii p. 275, cum putant Plutarchum in unum confudisse Tac. II 51 et II 49 *atrocissima in Verginium vi, quem clausa domo obsidebant.* L. Paul (Mus. Rhen., a. 1902, p. 132), cum omnino fusius quam locupletius dissereret, in Plutarchum O. 18 inquirens locum Taciti II 51 plane neglexit: »Wir schliessen uns hier an Tacitus [II 49] an, der den Verginius zugleich mit den andern Freunden des Otho [cfr. P. O. 16] bedroht sein und durch das strenge Auftreten des Otho entkommen lässt. Ein zweimaliger Aufruhr der Soldaten lässt sich schwerlich denken».

[2]) P. 762 adn. 2.

EXCURSUS

I. CUI PLUTARCHI CAPITI RESPONDEAT HISTORIARUM INITIUM.

AD PLUT. GALB. C. 22 V. 1—2.

P. G. 18, 19—30.

Οἱ δὲ πρότερον ὑπὸ Οὐεργινίῳ γενόμενοι, τότε δ' ὄντες ὑπὸ Φλάκκῳ περὶ Γερμανίαν, μεγάλων μὲν ἀξιοῦντες αὑτοὺς διὰ τὴν μάχην, ἣν ἐμαχέσαντο πρὸς Οὐίνδικα, μηδενὸς δὲ τυγχάνοντες, ἀπαρηγόρητοι τοῖς ἄρχουσιν ἦσαν. Αὐτὸν δὲ τὸν Φλάκκον ὑπὸ συντόνου ποδάγρας ἀδύνατον ὄντα τῷ σώματι καὶ πραγμάτων ἄπειρον ἐν οὐδενὶ λόγῳ τὸ παράπαν ἐποιοῦντο. Καί ποτε θέας οὔσης, καὶ τῶν χιλιάρχων καὶ λοχαγῶν τὸ Ῥωμαίοις σύνηθες εὐτυχίαν ἐπευχομένων τῷ αὐτοκράτορι Γάλβᾳ, διεθορύβησαν οἱ πολλοὶ τὸ πρῶτον, εἶτα ταῖς εὐχαῖς ἐπιμενόντων ἐκείνων ἀντεφώνουν „Εἰ ἄξιος“.

I 8 *Germanici exercitus, quod periculosissimum in tantis viribus, solliciti et irati, superbia recentis victoriae et metu tamquam alias partes fovissent* e. q. s. I 9 *Superior exercitus legatum Hordeonium Flaccum spernebat, senecta ac debilitate pedum invalidum, sine constantia, sine auctoritate: ne quieto quidem milite regimen; adeo furentes infirmitate retinentis ultro accendebantur.*

P. G. 19, 1—3.

Τοιαῦτα δὲ ἕτερα καὶ τῶν ὑπὸ Οὐϊτελλίῳ ταγμάτων ὑβριζόντων

Inferioris Germaniae legiones diutius sine consulari fuere, donec

πολλάκις ἐπέμπετο γράμματα τῷ Γάλβᾳ παρὰ τῶν ἐπιτρόπων·	*missu Galbae A. Vitellius aderat*[1]). Cfr. I 51—54.

Plutarchus et superioris et inferioris Germaniae exercitus vertente anno 68 insolentius se iactasse scribit, nondum tamen aperte descivisse; deque ea re a procuratoribus crebras ad Galbam venisse litteras.

Similiter Tacitus multos iam tum in utroque exercitu rebus novis studuisse significat. De nuntiis autem sub exitu anni 68 Romam perlatis tacet, ut qui a kalendis Ianuariis anni 69 initium sumat historiae.

Vulgo quod cum P. G. 19, 1—3 comparant Tac. I 12 *paucis post kalendas Ianuarias diebus Pompei Propinqui procuratoris a Belgica litterae adferuntur, superioris Germaniae legiones rupta sacramenti reverentia imperatorem alium flagitare et senatui ac populo Romano arbitrium eligendi permittere, quo seditio mollius acciperetur*[2]), multum falluntur. Nam per has litteras nisi de seditione kalendis Ianuariis facta non est nuntiatum; quod Plutarchus G. 22 demum commemorat[3]). Interea quae extremo anno 68 fiunt describit[4]). Consules quidem

---

[1]) Miro errore Orellius-Meiser hoc ita interpretantur, ut A. Vitellium consularem fuisse negent. Cfr. Tac. Ann. XI 23.

[2]) Sic Lezius p. 17; Fabia p. 10 sq.; Groag p. 739.

[3]) Ὑβριζόντων G. 19 ad indicia erumpentis seditionis spectat (»les premiers symptômes de révolte» Fabia p. 11); ἐκραγέντα G. 22 ad apertam defectionem.

[4]) Fabiam p. 15, cum G. 19, 6—21 extr. longam digressionem vocat, fugit iam G. 21, 1 ad rerum ordinem rediri. Declarat ἀλλά (Latinum sed), quod proprie ponitur in reditu ad propositum.

designari facit G. 21 extr., quod in mensem Octobrem a. 68 incurrere veri simile est [1]).

P. G. 19, 3–6.

ὁ δὲ φοβηθείς, ὡς μὴ μόνον διὰ τὸ γῆρας, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἀπαιδίαν καταφρονούμενος, ἐβουλεύετο παῖδα θέσθαι τῶν ἐπιφανῶν τινα νεανίσκον καὶ διάδοχον ἀποδεῖξαι τῆς ἀρχῆς.

P. G. 21.

1 – 2 *Ἀλλ' οὖν βουλευομένου γε τοῦ Γάλβα περὶ διαδόχου τὸν Ὄθωνα παρεισῆγεν ὁ Οὐίνιος . . .*
11—12 *Ὅθεν ἀκούσας τοῦ Οὐινίου σιωπῇ καὶ πρᾴως ὑπερέθετο τὴν διάθεσιν.*

His tam gravibus nuntiis percussum Galbam Plutarchus auctor est, hauddum confecto anno 68, de adoptando filio deliberasse [2]). Titus Vinius cum Othonem commendavisset, Galba rem in posterum differt. Ta-

---

[1]) Huic loco Plutarchus ea de ante acta Othonis vita inserit, quae Tacitus I 13 post nuntium exuti sacramenti (P. G. 22) strictim attingit.

[2]) Cfr. Mommsen, Römisches Staatsrecht I_3 p. 589 adn. 3. E Suet. Vesp. 5 tantum cognoscitur *non multo post* finem Neronis *comitia secundi consulatus inisse Galbam.* Plutarcho favet Tacitus, cum I 12 *non sane crebriorem tota civitate sermonem per illos menses* fuisse dicit quam de adoptione futura. Quam in cogitationem iam anno 68 Galbam adduxit immodestia exercituum Germanicorum; cfr. quae sequuntur. Plutarchus brevitatis gratia inferioris Germaniae legiones iam hic *τὰ ὑπὸ Οὐϊτελλίῳ* dicit, etsi Vitellius sub kalendas Decembres demum provinciam est ingressus (H. I 52).

citus, posteaquam de tumultu kalendis Ianuariis moto litteras redditas narravit (cfr. infra), cum dicit *Galbam iam pridem de adoptione secum et cum proximis agitasse*, Plutarcho consentit. Primi quoque adoptionis consilii causam fuisse malos de Germania nuntios, qua est brevitate, omittit. Plutarchum non delirare, sed communi auctore inniti fidem faciunt cum Suetonius G. 17 *despectui esse non tam senectam suam quam orbitatem ratus* tum Tacitus ipse II 1 (Titum) *vulgus . . . disperserat accitum in adoptionem. Materia sermonibus s e n i u m et o r b i t a s p r i n c i p i s,* quae quidem verba eodem redeuntia adhuc fefellerunt [1]. *Vinium pro M. Othone* fuisse summatim dicit I 13, non, sicut Plutarchus, semel extremo anno 68 cum Galba ea de re collocutum.

P. G. 21, 13–14.

Ἀποδείξας δ᾽ αὐτὸν ὕπατον καὶ συνάρχοντα τὸν Οὐίνιον ἐπίδοξος ἦν ἔτους ἀρχῇ τὸν διάδοχον ἀναγορεύσειν.

Addit Plutarchus consulibus designatis [2]) exspectatum esse, dum principio anni adoptio nuncuparetur. Hoc per temporum rationem extra cancellos operis Tacitei excedit. Verum tamen adoptandi consilium exeunte anno 68 in ora hominum abisse manifestum est ex Hist. I 12 *non sane crebrior tota civitate sermo per illos menses fuerat* e. q. s.; cfr. II 1.

---

[1]) Suetonii locum, quo neglecto Lezius p. 18 Plutarchum calumniatur, animadverterunt Peter p. 31, Krauss p. 23, Fabia p. 136.

[2]) Cfr. p. 149 adn. 2 et p. 20 adn. 2.

P. G. 22, 1—2.

Καταλαμβάνει δ' αὐτὸν ἔτι μέλλοντα καὶ βουλευόμενον ἐκραγέντα τὰ Γερμανικά.

P. G. 23.

1—2 *Οὕτω μὲν ἀνηγορεύθη Οὐϊτέλλιος αὐτοκράτωρ ἐν Γερμανίᾳ.*

2—3 *Πυθόμενος δὲ τὸν ἐκεῖ νεωτερισμὸν ὁ Γάλβας οὐκέτι τὴν εἰσποίησιν ἀνεβάλλετο.*

I 12 *Paucis post kalendas Ianuarias diebus Pompei Propinqui procuratoris a Belgica litterae adferuntur, superioris Germaniae legiones rupta sacramenti reverentia imperatorem alium flagitare et senatui ac populo Romano arbitrium eligendi permittere, quo seditio mollius acciperetur. Maturavit ea res consilium Galbae, iam pridem de adoptione secum et cum proximis agitantis.* I 14 *Sed Galba post nuntios Germanicae seditionis, quamquam nihil adhuc de Vitellio certum . . . comitia imperii transigit.*

Galba deliberabundus, inquit Plutarchus, novo [1]) nuntio opprimitur, quo Germanicos milites palam defecisse adfertur; cuius rei certior factus adoptionem iam non procrastinat.

Hunc nuntium ad superioris Germaniae legiones spectare, kalendis Ianuariis in senatus ac populi Romani verba iuratas, e Tacito intellegitur.

P. G. 22 init., non G. 19, 1—3 cum T. I 12 componendum est. In G. 23, 1—3 Plutarchus revertitur ad 22, 1—2 sicut Hist. I 14 init. quae I 12 init. dicta erant iterantur. Praeterea congruunt *ἔτι μέλλοντα καὶ βουλευόμενον* cum *iam pridem de adoptione secum et cum proximis agitantis*, et *πυθόμενος . . . ὁ Γάλβας οὐκέτι τὴν εἰσποίησιν ἀνεβάλλετο* cum

[1]) Non eodem atque G. 19, 1—3; cfr. p. 148 adn. 3 et p. 21.

maturavit ea res consilium Galbae. Ut usque ad P. G. 21 extr. communem fontem fere subesse liquet, ita propter has similitudines ab initio 22 capitis Plutarchum ad Tacitum se applicare veri simillimum est [1].

Iam ne cum Plutarcho pugnare opineris Taciti *quamquam nihil adhuc de Vitellio certum*: quem in errorem plerosque [2]) induxit nomen Vitellii G. 19 v. 1 et G. 23 v. 1. Sed certum de Vitellio nuntium post demum venisse definite dicit Plutarchus:

P. O. 4, 4—5.	
Ἤδη γὰρ ἠγγέλλετο βεβαίως Οὐϊτέλλιος ἀξίωμα καὶ δύναμιν αὐτοκράτορος ἀνειληφώς [3]).	I 50 *Trepidam urbem* . . . *novus insuper de Vitellio nuntius exterruit, ante caedem Galbae suppressus, ut tantum superioris Germaniae exercitus descivisse crederetur.* (Cfr. I 16, 17; 19, 7 sq.).

Ἤδη γὰρ ἠγγέλλετο βεβαίως Οὐϊτέλλιος Plutarchus verbis Taciti I 14 *quamquam nihil adhuc de Vitellio certum* fortasse quodam modo opposuit.

Restat ut quibus de rebus in hoc excursu verba feci breviter colligam.

[1]) Cfr. supra p. 21 sq. et de *comitiis imperii* p. 34.

[2]) Ut Lezium p. 17, Hardium ad *ὁ δὲ φοβηθείς*, Groagium p. 739. Dio LXIV 5 a Xiphilino coartatus in hoc a Tacito dissentit, non Plutarchus.

[3]) *Βεβαίως* addo ad *ἠγγέλλετο*, non ad *ἀνειληφώς*. »The news of Vitellius' elevation was now confirmed« (Hardy p. 56). Minus bene Fabia p. 43: »Car on lui annonçait que l'autorité et la puissance de Vitellius se fortifiaient«.

Initium Historiarum (id est I 12; nam I 1—11 quasi praefationis instar obtinent) respondet Galbae capiti 22, v. 1 sqq. In annum 68 incidunt Galbae capita 1—21; qui tantum G. 1—18 a Tacito diducunt, errant [1]).

Consentiunt ambo nec est quod differat. Nullam igitur in Plutarcho neglegentiam deprehenderis [2]), sed alter alterum quasi supplet.

Plutarchus G. 19, 1—6 communem auctorem sequitur; at G. 22, 1—2 et 23, 1—3 Tacito debentur. Illic nimiae non sunt similitudines; hinc summa consensio incipit. Plutarchus G. 22, 1, ut ad kalendas Ianuarias anni 69 opus perduxit, Taciti Historias, quarum initium indidem incohatur, in manus sumpsit.

II. SUETONII LOCUS ENARRATUR.

AD PLUT. OTH. C. 3 V. 16 SQQ.

Suetonius Oth. 8 (*placuerat per classiarios arma transferri remittique navibus*) eundem sequitur auc-

[1]) Velut Mommsen p. 299; Lezius p. 14; Fabia p. 9. Infeliciter Peter G. L. II p. 275 argumenti loco hoc sumit: »dass Tacitus seine Historien mit dem 1. Januar 69 beginnt, Plutarch über diesen Einschnitt (Galb. 19) glatt hinweggeht»; de commissura in G. 22 manifesta cfr. supra p. 22. Neque recte Groag p. 735 et Woelfflin Comp. p. 11 initium Taciti cum P. G. 23 coniungunt; nam G. 22 seditio kalendis Ianuariis facta duce Tacito exponitur.

[2]) Immerito Groag p. 739: »All dies kann in der gemeinsamen Quelle nicht gestanden haben, da man sonst Plutarch eine geradezu horrible Flüchtigkeit in der Benützung derselben zuschreiben müsste».

torem quem Hist. I 80 Tacitus. *Placuerat* Suetonii et *Otho iusserat* Taciti mutue respondent. *Classiarii* et *septuma decuma cohors* iidem sunt; haec enim fuit una ex iis cohortibus urbanis [1]), quae in classe militaverunt: cfr. Tac. Hist. I 87 *addidit classi urbanas cohortes*. *Navibus* est dativus, non ablativus. Septuma decuma cohors Ostia Romam est accita, ut Roma Ostiam *arma transferret*, id est ut Romae armaretur armataque Ostiam ad naves *remitteretur* [2]).

---

1) Cfr. p. 73 adn. 1.

2) Cohortem, quae II 63 commemoratur, non eandem dixerim, sed quartam decumam, quam Ostiae collocavit Claudius (cfr. Suet. Claud. 25 et Schiller-Voigt, Die römischen Staats-, Kriegs- und Privataltertümer $_2$ p. 241). Hoc supra p. 73 adn. 1 corrigendum est.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

p. V v. 11 ab imo. Lege duodeviginti, non duodecim.

p. XXXI adn. 2. Dele »Maximum — Excursus III».

p. 3 adn. 3 extr., lege »Praefatio», non »Ingressio».

p. 12. Orellius cum Tac. I 7 *seu bene seu male facta parem invidiam adferebant* confert Ann. II 2 *perinde odium pravis et honestis.*

p. 13 adn. 4 deleatur.

p. 14 adn. 1. De Suet. G. 16 cfr. Fabia p. 138.

p. 43, Tac. Hist. I 27. Nollem post Halmium recepissem *gaudiis* Faerni pro *gladiis* cod. Med.; nunc Plutarchi **ἀνακαλούμενοι** *Καίσαρα καὶ γυμνὰ τὰ ξίφη προϊσχόμενοι* e Taciti *clamore et gladiis* fluxisse haud dubitans dixerim.

p. 52 adn. 3. Dele »Cfr. Praefatio».

p. 63. Cum *fidei crimen* Tac. I 71 confero II 60 *fidem absolvit.*

p. 73 adn. 2. Ad *cum timeret Otho, timebatur* haec ascripserim: T. H. II 63 *in alieno discrimine sibi pavens.* Minus similis est locus in II 76 *satis clarus est apud timentem quisquis timetur.*

p. 84. Premenda est ea similitudo, quae est inter P. O. 6, 10 sq. **οὕτω γὰρ ἐταράχθησαν ὑπὸ τούτων τῶν ὀνειδῶν καὶ διεκάησαν** et T. II 21 *uberioribus inter se probris quam laudibus stimulabantur.* — De toto loco cfr. Praef. p. XXV adn. 1 et 2.

p. 130 v. 7. Lege **γυναῖκες.**

p. 138 adn. 1, v. 3 ab imo. Dele »cuius **καλῶν** e *dignitas* Tac. II 48 natum est» et »Cfr. Praefatio».

πολλακις ἐπέμπετο γραμματα τῷ Γάλβᾳ παρὰ τῶν ἐπιτρόπων·	*missu Galbae A. Vitellius aderat*[1]). Cfr. I 51—54.

Plutarchus et superioris et inferioris Germaniae exercitus vertente anno 68 insolentius se iactasse scribit, nondum tamen aperte descivisse; deque ea re a procuratoribus crebras ad Galbam venisse litteras.

Similiter Tacitus multos iam tum in utroque exercitu rebus novis studuisse significat. De nuntiis autem sub exitu anni 68 Romam perlatis tacet, ut qui a kalendis Ianuariis anni 69 initium sumat historiae.

Vulgo quod cum P. G. 19, 1—3 comparant Tac. I 12 *paucis post kalendas Ianuarias diebus Pompei Propinqui procuratoris a Belgica litterae adferuntur, superioris Germaniae legiones rupta sacramenti reverentia imperatorem alium flagitare et senatui ac populo Romano arbitrium eligendi permittere, quo seditio mollius acciperetur*[2]), multum falluntur. Nam per has litteras nisi de seditione kalendis Ianuariis facta non est nuntiatum; quod Plutarchus G. 22 demum commemorat[3]). Interea quae extremo anno 68 fiunt describit[4]). Consules quidem

---

[1]) Miro errore Orellius-Meiser hoc ita interpretantur, ut A. Vitellium consularem fuisse negent. Cfr. Tac. Ann. XI 23.

[2]) Sic Lezius p. 17; Fabia p. 10 sq.; Groag p. 739.

[3]) *Ὑβριζόντων* G. 19 ad indicia erumpentis seditionis spectat (»les premiers symptômes de révolte» Fabia p. 11); *ἐκραγέντα* G. 22 ad apertam defectionem.

[4]) Fabiam p. 15, cum G. 19, 6—21 extr. longam digressionem vocat, fugit iam G. 21, 1 ad rerum ordinem rediri. Declarat *ἀλλά* (Latinum sed), quod proprie ponitur in reditu ad propositum.

designari facit G. 21 extr., quod in mensem Octobrem a. 68 incurrere veri simile est [1]).

P. G. 19, 3–6.

ὁ δὲ φοβηθείς, ὡς μὴ μόνον διὰ τὸ γῆρας, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἀπαιδίαν καταφρονούμενος, ἐβούλευετο παῖδα θέσθαι τῶν ἐπιφανῶν τινα νεανίσκον καὶ διάδοχον ἀποδεῖξαι τῆς ἀρχῆς.

P. G. 21.

1 – 2 *Ἀλλ' οὖν βουλευομένου γε τοῦ Γάλβα περὶ διαδόχου τὸν Ὄθωνα παρεισῆγεν ὁ Οὐίνιος . . .*
11—12 *Ὅθεν ἀκούσας τοῦ Οὐινίου σιωπῇ καὶ πράως ὑπερέθετο τὴν διάθεσιν.*

His tam gravibus nuntiis percussum Galbam Plutarchus auctor est, hauddum confecto anno 68, de adoptando filio deliberasse [2]). Titus Vinius cum Othonem commendavisset, Galba rem in posterum differt. Ta-

---

[1]) Huic loco Plutarchus ea de ante acta Othonis vita inserit, quae Tacitus I 13 post nuntium exuti sacramenti (P. G. 22) strictim attingit.

[2]) Cfr. Mommsen, Römisches Staatsrecht I_3 p. 589 adn. 3. E Suet. Vesp. 5 tantum cognoscitur *non multo post* finem Neronis *comitia secundi consulatus inisse Galbam.* Plutarcho favet Tacitus, cum I 12 *non sane crebriorem tota civitate sermonem per illos menses* fuisse dicit quam de adoptione futura. Quam in cogitationem iam anno 68 Galbam adduxit immodestia exercituum Germanicorum; cfr. quae sequuntur. Plutarchus brevitatis gratia inferioris Germaniae legiones iam hic *τὰ ὑπὸ Οὐϊτελλίῳ* dicit, etsi Vitellius sub kalendas Decembres demum provinciam est ingressus (H. I 52).

citus, posteaquam de tumultu kalendis Ianuariis moto litteras redditas narravit (cfr. infra), cum dicit *Galbam iam pridem de adoptione secum et cum proximis agitasse*, Plutarcho consentit. Primi quoque adoptionis consilii causam fuisse malos de Germania nuntios, qua est brevitate, omittit. Plutarchum non delirare, sed communi auctore inniti fidem faciunt cum Suetonius G. 17 *despectui esse non tam senectam suam quam orbitatem ratus* tum Tacitus ipse II 1 (Titum) *vulgus . . . disperserat accitum in adoptionem. Materia sermonibus senium et orbitas principis*, quae quidem verba eodem redeuntia adhuc fefellerunt [1]). *Vinium pro M. Othone* fuisse summatim dicit I 13, non, sicut Plutarchus, semel extremo anno 68 cum Galba ea de re collocutum.

P. G. 21, 13–14.

Ἀποδείξας δ' αὐτὸν ὕπατον καὶ συνάρχοντα τὸν Οὐίνιον ἐπίδοξος ἦν ἔτους ἀρχῇ τὸν διάδοχον ἀναγορεύσειν.

Addit Plutarchus consulibus designatis [2]) exspectatum esse, dum principio anni adoptio nuncuparetur. Hoc per temporum rationem extra cancellos operis Tacitei excedit. Verum tamen adoptandi consilium exeunte anno 68 in ora hominum abisse manifestum est ex Hist. I 12 *non sane crebrior tota civitate sermo per illos menses fuerat* e. q. s.; cfr. II 1.

---

1) Suetonii locum, quo neglecto Lezius p. 18 Plutarchum calumniatur, animadverterunt Peter p. 31, Krauss p. 23, Fabia p. 136.

2) Cfr. p. 149 adn. 2 et p. 20 adn. 2.

P. G. 22, 1—2.

Καταλαμβάνει δ' αὐτὸν ἔτι μέλλοντα καὶ βουλευόμενον ἐκραγέντα τὰ Γερμανικά.

P. G. 23.

1—2 *Οὕτω μὲν ἀνηγορεύθη Οὐϊτέλλιος αὐτοκράτωρ ἐν Γερμανίᾳ.*

2—3 *Πυθόμενος δὲ τὸν ἐκεῖ νεωτερισμὸν ὁ Γάλβας οὐκέτι τὴν εἰσποίησιν ἀνεβάλλετο.*

I 12 *Paucis post kalendas Ianuarias diebus Pompei Propinqui procuratoris a Belgica litterae adferuntur, superioris Germaniae legiones rupta sacramenti reverentia imperatorem alium flagitare et senatui ac populo Romano arbitrium eligendi permittere, quo seditio mollius acciperetur. Maturavit ea res consilium Galbae, iam pridem de adoptione secum et cum proximis agitantis.* I 14 *Sed Galba post nuntios Germanicae seditionis, quamquam nihil adhuc de Vitellio certum . . . comitia imperii transigit.*

Galba deliberabundus, inquit Plutarchus, novo [1]) nuntio opprimitur, quo Germanicos milites palam defecisse adfertur; cuius rei certior factus adoptionem iam non procrastinat.

Hunc nuntium ad superioris Germaniae legiones spectare, kalendis Ianuariis in senatus ac populi Romani verba iuratas, e Tacito intellegitur.

P. G. 22 init., non G. 19, 1—3 cum T. I 12 componendum est. In G. 23, 1—3 Plutarchus revertitur ad 22, 1—2 sicut Hist. I 14 init. quae I 12 init. dicta erant iterantur. Praeterea congruunt *ἔτι μέλλοντα καὶ βουλευόμενον* cum *iam pridem de adoptione secum et cum proximis agitantis*, et *πυθόμενος . . . ὁ Γάλβας οὐκέτι τὴν εἰσποίησιν ἀνεβάλλετο* cum

[1]) Non eodem atque G. 19, 1—3; cfr. p. 148 adn. 3 et p. 21.

maturavit ea res consilium Galbae. Ut usque ad P. G. 21 extr. communem fontem fere subesse liquet, ita propter has similitudines ab initio 22 capitis Plutarchum ad Tacitum se applicare veri simillimum est [1].

Iam ne cum Plutarcho pugnare opineris Taciti *quamquam nihil adhuc de Vitellio certum*; quem in errorem plerosque [2] induxit nomen Vitellii G. 19 v. 1 et G. 23 v. 1. Sed certum de Vitellio nuntium post demum venisse definite dicit Plutarchus:

P. O. 4, 4—5.

Ἤδη γὰρ ἠγγέλλετο βεβαίως Οὐϊτέλλιος ἀξίωμα καὶ δύναμιν αὐτοκράτορος ἀνειληφώς [3].

I 50 *Trepidam urbem . . . novus insuper de Vitellio nuntius exterruit, ante caedem Galbae suppressus, ut tantum superioris Germaniae exercitus descivisse crederetur.* (Cfr. I 16, 17; 19, 7 sq.).

Ἤδη γὰρ ἠγγέλλετο βεβαίως Οὐϊτέλλιος Plutarchus verbis Taciti I 14 *quamquam nihil adhuc de Vitellio certum* fortasse quodam modo opposuit.

Restat ut quibus de rebus in hoc excursu verba feci breviter colligam.

[1]) Cfr. supra p. 21 sq. et de *comitiis imperii* p. 34.

[2]) Ut Lezium p. 17, Hardium ad ὁ δὲ φοβηθείς, Groagium p. 739. Dio LXIV 5 a Xiphilino coartatus in hoc a Tacito dissentit, non Plutarchus.

[3]) Βεβαίως adde ad ἠγγέλλετο, non ad ἀνειληφώς. »The news of Vitellius' elevation was now confirmed» (Hardy p. 56). Minus bene Fabia p. 43: »Car on lui annonçait que l'autorité et la puissance de Vitellius se fortifiaient».

Initium Historiarum (id est I 12; nam I 1—11 quasi praefationis instar obtinent) respondet Galbae capiti 22, v. 1 sqq. In annum 68 incidunt Galbae capita 1—21; qui tantum G. 1—18 a Tacito diducunt, errant [1]).

Consentiunt ambo nec est quod differat. Nullam igitur in Plutarcho neglegentiam deprehenderis [2]), sed alter alterum quasi supplet.

Plutarchus G. 19, 1—6 communem auctorem sequitur; at G. 22, 1—2 et 23, 1—3 Tacito debentur. Illic nimiae non sunt similitudines; hinc summa consensio incipit. Plutarchus G. 22, 1, ut ad kalendas Ianuarias anni 69 opus perduxit, Taciti Historias, quarum initium indidem incohatur, in manus sumpsit.

II. SUETONII LOCUS ENARRATUR.

AD PLUT. OTH. C. 3 V. 16 SQQ.

Suetonius Oth. 8 (*placuerat per classiarios arma transferri remittique navibus*) eundem sequitur auc-

[1]) Velut Mommsen p. 299; Lezius p. 14; Fabia p. 9. Infeliciter Peter G. L. II p. 275 argumenti loco hoc sumit: »dass Tacitus seine Historien mit dem 1. Januar 69 beginnt, Plutarch über diesen Einschnitt (Galb. 19) glatt hinweggeht»; de commissura in G. 22 manifesta cfr. supra p. 22. Neque recte Groag p. 735 et Woelfflin Comp. p. 11 initium Taciti cum P. G. 23 coniungunt; nam G. 22 seditio kalendis Ianuariis facta duce Tacito exponitur.

[2]) Immerito Groag p. 739: »All dies kann in der gemeinsamen Quelle nicht gestanden haben, da man sonst Plutarch eine geradezu horrible Flüchtigkeit in der Benützung derselben zuschreiben müsste».

torem quem Hist. I 80 Tacitus. *Placuerat* Suetonii et *Otho iusserat* Taciti mutue respondent. *Classiarii* et *septuma decuma cohors* iidem sunt; haec enim fuit una ex iis cohortibus urbanis [1]), quae in classe militaverunt: cfr. Tac. Hist. I 87 *addidit classi urbanas cohortes*. *Navibus* est dativus, non ablativus. Septuma decuma cohors Ostia Romam est accita, ut Roma Ostiam *arma transferret*, id est ut Romae armaretur armataque Ostiam ad naves *remitteretur* [2]).

---

[1]) Cfr. p. 73 adn. 1.

[2]) Cohortem, quae II 63 commemoratur, non eandem dixerim, sed quartam decumam, quam Ostiae collocavit Claudius (cfr. Suet. Claud. 25 et Schiller-Voigt, Die römischen Staats-, Kriegs- und Privataltertümer $_2$ p. 241). Hoc supra p. 73 adn. 1 corrigendum est.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

p. V v. 11 ab imo. Lege duodeviginti, non duodecim.
p. XXXI adn. 2. Dele »Maximum — Excursus III».
p. 3 adn. 3 extr., lege »Praefatio», non »Ingressio».
p. 12. Orellius cum Tac. I 7 *seu bene seu male facta parem invidiam adferebant* confert Ann. II 2 *perinde odium pravis et honestis.*
p. 13 adn. 4 deleatur.
p. 14 adn. 1. De Suet. G. 16 cfr. Fabia p. 138.
p. 43, Tac. Hist. I 27. Nollem post Halmium recepissem *gaudiis* Faerni pro *gladiis* cod. Med.; nunc Plutarchi **ἀνακαλούμενοι** *Καίσαρα καὶ γυμνὰ τὰ ξίφη προϊσχόμενοι* e Taciti *clamore et gladiis* fluxisse haud dubitans dixerim.
p. 52 adn. 3. Dele »Cfr. Praefatio».
p. 63. Cum *fidei crimen* Tac. I 71 confero II 60 *fidem absolvit.*
p. 73 adn. 2. Ad *cum timeret Otho, timebatur* haec ascripserim: T. H. II 63 *in alieno discrimine sibi pavens.* Minus similis est locus in II 76 *satis clarus est apud timentem quisquis timetur.*
p. 84. Premenda est ea similitudo, quae est inter P. O. 6, 10 sq. **οὕτω γὰρ ἐταράχθησαν ὑπὸ τούτων τῶν ὀνειδῶν καὶ διεκάησαν** et T. II 21 *uberioribus inter se probris quam laudibus stimulabantur.* — De toto loco cfr. Praef. p. XXV adn. 1 et 2.
p. 130 v. 7. Lege **γυναῖκες.**
p. 138 adn. 1, v. 3 ab imo. Dele »cuius **καλῶν** e *dignitas* Tac. II 48 natum est» et »Cfr. Praefatio».